





Br. 53. num. 33.

12

24

DISPUTATIO JVRIDICA  
DE  
FIDEI COMMISSO-  
RUM ILLUSTRIUM  
CONSTITUTIONE ET  
DISPOSITIONE

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**FRIDER. WILHELMO**  
CORONÆ BORUSSICÆ ET ELECTORATUS BRAN-  
DENBURGICI HEREDE &c. &c.

IN REGIA FRIDERICIANA

P R A E S I D E

**DN. SAMUELE STRYKIO JC<sup>to</sup>,**  
S. REG. MAJEST. BORUSS. CONSILIARIO INTIMO, PRO-  
FESSIONE PRIMARIO ET FACULTATIS  
JURIDICÆ ORDINARIO

PATRONO SUO ET PROMOTORE DEVENERANDO

In auditorio Majori

D. Noverbr. M' DCCI.  
publicæ eruditorum disquisitioni submittit

A U T O R  
**JOANNES HENRICUS BEST.**  
Osteroda Cheruscus.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis JOHANNIS GRUNERI, Acad. Typogr.



13

2558

DISPUTATIO JURIDICA  
EDITIONIS  
RUM ILLISTRATA  
CONSTITUTIONE  
DISPOSITIONE

RECТОRE MAGNIFICENTISSIMO  
SE ENRICO PRINCIPЕ AC DOMINO  
CONONI BORISCICЕ ET ILLIGATORI  
DENBURGICI HERBЕ AG.  
IN RЕGIA LIBRARIA IMPRENTA  
PRÆSIPTE

DR. SAMUEL STRYKIO ID  
S. REI MATER PESSO GONALIAZIO TITMO, 1600  
LITERIS THOMAS DE RECHTEN  
JANUS OORDEN

PRAGMATICIS DILECTIVIS

1600

W. H. M. H. C.

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600



## INGRESSUS

**M**irandum certe arbitror, quod fideicommissorum materia, quæ ab initio tam parva principia habuit, postea ad tantam molem excreverit, ut deinde JCti veteres integris voluminibus illam complexi fuerint. Ulpianus enim sex libros, Paulus tres, Pomponius quinque, Valens septem, Mæcianus sedecim, Caius duos de fideicommissis edidere, ex quibus nervum tantum seu potiora capita adhuc in ff. habemus. Quin tantus eorum post ea favor factus est, ut tandem Prætor proprius crearetur, qui de fideicommissis jus diceret, quem fideicommissarium appellant *S. i. f. de fideis hered.* Imo Claudius deinde duos constituit, ut testatur Tranquillus *cap. 23.* quod argumentum præbet, hanc materiam tunc fuisse usu frequentissimam. Ehi quidem contra morem suum non dabant in hac materia judices pedaneos, sed ipsi cognoscebant & jus dicebant, *l. 178. §. 2. ff. d. V. S.* Neque etiam post, ubi jus Romanum in Germania receptum, defuere, qui hanc materiam inexcusam relinquerent, sed plena manu hanc pertractarunt Petrus Ant. de Petra, Vincentius Fusari, Marcus Ant. Peregrinus, ad quem Franciscus Censarius JCtus Neapolitanus observationes singulares & additiones scripsit, Philip. Knipschild, aliquique ad quos passim hic autor provocat. Id quod indicium præbet, materiam hanc usu moderno esse frequentissimam.

803

A 2

Quo

Quo magis autē aliqua materia trituræ fori subjici svevit eo plures sæpius solent oriri controversiæ, ut hinc imprimis, non tantum quid regulæ justi & æqui postulent, addisci debeat, sed imprimis, quas nam Jurisprudentia regulas provide sibi cavendi consulendique subministret, ut ubique inoffenso pede in constitutis fideicommissis progredi liceat. Cum itaque specimen aliquod academicum in publico mihi fistendum erat, ejusmodi thema eligendum censui, quod & utilitate & necessitate simul commendetur. Ecquid vero utilius, quid magis necessarium esse potest, quam si ostenderim, qua ratione fideicommissa Illustrium caute constitui, & simul de iis aliquando caute disponi possit. In hoc themate itaque elaborando tota jam versabitur animi intentio, faxit Deus, ut feliciter omnia succedant.

CAP. I.  
DE  
CONSTITUENDIS FIDEICOMMIS-  
SIS ILLUSTRIBUS.

## §. I.

Fideicom-  
missum  
quid si-  
gnaret vi-  
vocis



Uid fideicommissa vi vocis significant, non adeo in obscurior est, cu vel verba ipsa id indigitent. Non enim infrequens in jure est, fidem pro conscientia accipi, uti appareat ex communi phrasí, bona vel mala fide aliquid possidere, quod nihil aliud est, quam bona vel mala con-

*DE CONSTITUENDIS FIDEICOM. ILLUST.*

5

conscientia aliquid tenere; sic & fideicommittere eodem modo denotat committere aliquid alicujus conscientiae, eines gewissen anheimb stellen/ an hoc vel illud *Origo si-alter præstare* velit. Et hoc optime congruit cum *fideicommissorum* origine fidei commissorum, quæ primitus nullo vinculo Juris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur §. 1. *J. de fideic. hered.* ut ita tantum imperfectam obligationem continerent. Videlicet, cum plures in Jure Rom. qui testamenti factionem passivam non habebant, occurserent, his vero testatores omnino aliquid relinquere desiderarent, excogitarunt hanc cautelam, ut capacem instituerent heredem & verbis precativis ab hoc contendenter, ut hereditatem vel partem incapaci restitueret, Vid. Dn. Præses *Tr. de Success. ab intest. Dissert. 7. c. 1. §. 3.*

§. 2. Sicuti vero jura, ubi incipiunt subsistere, *Progressus* non solent, ita quoque mox, ubi fideicomissa copio-sus fiduciis invalescebant, facies eorum tota mutata, ita, ut *commis-* quæ antea erant voluntatis, ex postfacto fierent ne-*forūm* cessitatis. Cujus rei primaria causa Augusto adscribitur in §. 1. cit. qui æquitate motus autoritatem suam interposuit, hoc tamen constituendo, ut non alii, quam capaci, fideicommissa possent relinquiri.

§. 3. Exinde iam facili negotio definitio fideicommissi strui potest, quod scilicet sit ultima defuncti *Definitio dispositio*, qua vel tota hereditas, vel pars ejusdem vel *fideicommissi* singularis *verbis precativis* alicui capaci relinquitur, *misi* vid. Dn. Præses *cit. loc. §. 5.* Dixi, esse ultimæ voluntatis *Expli-* speciem, cum propria ejus indoles in hoc consistat, ut *definitionis* dei heredis committatur, & quidem a solo testatore. *Quamvis itaque quidam admittant fideicommissum,*

A 3 *di am. epi. fidei* con-

conventionalē, quod scilicet per conventionem & inter vivos constituitur, hoc tamen irregularē & impro prium tale est, uti nec diffitetur Dn. Harprecht *in part.*  
*2. Tract. academ. tr. 8. desideit. convent. §. 3.* Unde & fere diversa jura huic fideicommissō applicari debent, diversaque circa illam adhiberi cautelae, ceu infra videbimus. Deinde facta est mentio verborum precativo rum. In hoc ipso enim differt ab aliis dispositionibus directis, seu quæ verba magis habent imperativa, ubi tamen notandum magis ad voluntatem, quam corticem verborum esse respiciendum, *L. II. §. 7. d. legat. 3.* Et ita iam facile hæc definitio quoque applicari potest ad fideicommissa illustrium, quæ hodie imprimis frequentia sunt, & in quibus imprimis fideicommissorum utilitas sese exserit, cum non statim ibi bona restituantur, sed demum post mortem possessorum. Intelligimus itaque per illustrium fideicommissa ejusmodi dispositions, quæ fiunt inter ejusmodi personas quæ nobilitate aliaque illustriori dignitate fulgent.

*Methodus dicendorū* §. 4. Et hæc quidem breviter saltem hic quasi summo dīgito tetigisse sufficiat. Cum vero hic non singula circa fidicomissa obvenientia eruere animus sit, cum hæc plena manu jam ab aliis sint excussa, sed tantum in selectiora, quæ ad caute constituendum fideicommissum, maxime illustre, faciunt, inquirendo, hinc certos tantum nobis hic terminos præfigere ju vabit, quibus hoc caput includemus. Totus itaque discursus nostra ad hæc maxime capita redibit, ut (1) consideremus varias species fideicommissorum, (2) quomodo caute verba hic sint adhibenda, (3) ipsam formam, & denique (4) quid circa effectus famosiores inde profuentes juris sit, §. 5

*DE CONSTITUENDIS FIDEICOM. ILLUST.*

§. 5. Primaria fideicommisorum divisio est, quod alia sint universalia, alia particularia. Universalia sunt, quando quis vel de tota hereditate vel de parte ejusdem restituenda rogatur, sicuti ubi res singularis tantum alteri restituenda relinquitur, fideicommissum particulare est. Anton. Peregrin. *de fideic. art.*

§. n. 4. Multum vero quoad effectus juris inter utramque speciem interest, cum particularia quidē ab Imperatore sint legatis exæquata, universalia autem per usque Sc̄um Trebellianum peculiarem naturam retinuerint, ita ut simul ad heredem fideicommislarium onera hereditaria transferantur, & quarta Trebellianica fiduciario salva sit. Videndum itaque de singulis speciatim.

§. 6. Et quidem ubi testator vult, ut tota hereditas alteri post tempus vel mortem heredis restituatur, vulgajissima cautela est, ut hoc fiat verbis precativis & obliquis. Cum enim ratio juris non patiatur, ut quis heredem ad tempus habere possit, & hoc tantum privilegium militibus concessum, ut directo post aliquod tempus substituere possint, L. 8. C. de substit. non vero paginis, admisere tamen legislatores, ut per in- directum talis dispositio fieri possit. Ubi imprimis universalia notandum ut talia adhibeantur verba, ex quibus de requiruntur tota universali successione appetit, Peregrin. cit. l. n. 4. tur quod variis in jure Romano exprimi solet verbis. Pertinet huc l. 83. pr. ff. de legat. 3. ubi illa formula occurrit, quidquid ex hereditate bonis de meis ad te per venerit, cum morieris, restitus, ubi sine dubio universale fideicommissum constitutum esse appetet. Dubitabatur tamen de fructibus, utrum etiam illi essent restituendi, quod

quod dicendum videbatur, cum fructus alias augeant hereditatem ejusque pars esse censeantur. Respon-

*Anfructus in universaliter restituuntur* det tamen Modestinus fructus non esse restituendos quos heres vivus percepit, fuit enim heres fiduciarius interim hereditatis dominus, & hic proprius fructus perceperit, Peregrin. Art. 49. n. 10. Gail. 2. obser. 103. Quod si itaque testatoris interest, etiam fructus interim perceptos restitui debere, quod aliquando in favore fideicommissarii accidere solet, ut si interim infirmitati filii sui consulere voluit, l. 78. §. 12. ad Sct. Trebell. utile est, ut simul hoc exprimat, & specialiter de fructibus quoque vel omnibus vel adhuc ex tantibus restituendis rogetur, l. 18. pr. §. 2. ff. ad Sct. Trebell. Knipschild de fideic. di famil. c. 10. §. 37. seqq.

*quando fructus restituuntur* §. 7. Cæterum cum fideicomissa universalia, maxime illustria hunc in finem constitui soleant, (1) ne bona inter heredes plures dividantur, sed a splendor- univer- rem & indegritatem familiæ conservandam potius ab uno quam a pluribus possideantur. Deinde (2), ne per- fœminas in extraneam devolvantur familiam, quem in finem etiam renunciationes inventas & introductas esse docet Dn. Præses de Success. ab intest. Diff. 8. c. 10. §. 9. omnino testatori universale fideicommissum in hosce fines constituenti providendum ut ejusmodi clausulis & cautionibus circumvallet hujus fideicommissi con- stitutionem, ne postea præter ejus intentionem bona variis modis diminuantur vel dividantur. Quamvis enim verbis de universaliter restituendis usus sit, plura tamen sunt, quæ ordinarie in sortem hujus fideicommissi universalis non cadunt. Solent enim

*Quorum in fideicommissum universalium* Dd. hic regulam formare ex L. si Patroni ss. ff. ad Sct. Tre-

## DE CONSTITUENDIS FIDEICÓM. ILLUST.

9

Trebelli, sequente; quecunque non capiuntur jure hereditario  
& ex judicio defuncti, in fideicommisso universalis non continen-  
tur. Unde plura occurunt, quæ huic fideicommisso non includuntur. Primo loco occurrit legitima liberorum, de qua constat, quod nullo modo gravari possit, neque dilatione, neque conditione vel alia dispositione, l. 32.  
& 36. §. 1. C. d. inoff. testam. Unde quoque communis Dd. conclusio est, silium, fideicommisso gravatum, de fideicommisso posse detrahere legitimam, Vincent. Fusar. de fideic. substit. qu. 296. n. 2. seqq. Petr. Ant. de Pe-  
tra de fideic. n. m. & 118. Knipsch. de fideic. famili c. 5. n. 120.  
adeo quidem, ut si descendens non detraxerit, jus de-  
trahendi transmittatur etiam ad ejus heredes, id. n. 5.  
neque illud impediri possit, licet vel maxime in favo-  
rem piæ causæ fideicommissum sit constitutum, Me-  
noch. lib. 4. pref. 196. n. 17. Quamvis enim heres adeun-  
do censeatur approbare omnia illa, quæ ex dispositio-  
ne defuncti dependent, tamen hæc approbatio ulterius extendi nequit, quam quatenus defunctus per le-  
gem heredem gravare potuit. Potuit itaque filius se-  
immiscere hereditati paternæ salva sua legitima, de-  
trahenda ex fideicommisso, Petrus Ant. de Petra,  
cit. l. n. m. Frustraneum itaque est hoc casu consilium, Pater  
ut pater prohibeat disertis verbis detractionem legiti- frusta  
mæ in suo testamento, quasi filius agnoscendo testa- prohibet  
stamentum censeatur etiam agnoscere prohibitio- legitim  
hem ipsius detractionis Fusar. cit. l. n. 44. seqq. Mantic. mans  
de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 8. n. seqq. Petra cit. l. n. 19.  
cum simplex illa approbatio censeatur fieri salvo jure  
filii. Cæterum cum favor erga familiam, quem testa-  
tor habuit, aliquando possit svadere, ne etiam legitima

B

de.

*Cautela  
ne possit  
detrabi  
legitima*

de fideicommisso detrahatur, & ita a filio aliquid ex bonis in familiam alienam transferatur, consultum est, ut eo nomine prælegatum constituat, addita hac expressa conditione, ut hoc accepto non amplius possit deduci ex bonis fideicommisso obnoxii legitima, Menoch. *conf. 71. n. 21.* rem enim prælegatam pro sua legitima æstimasse videtur, Peregr. *de Fideic. art. 36. num. 97.* Quando itaque filius agnoscit prælegatum, censetur renunciare legitimæ, cum alio modo ad prælegatum pervenire non possit, Vinc. Fusar. *de fideic. qv. II. n. 60.* Neque enim tunc amplius dici potest esse gravatus in legitima ejus ubi in compensationem quid accepit, Menoch. *conf. 96. n. 15.*

*An fructus per-  
cepti im-  
putentur  
in legitimi-  
mam*

§. 8. Cæterum quam alii substituunt cautelam, ut Natta *conf. 321. n. 8.* Cephal. *conf. 153. num. 92.* Menoch. *conf. 196. n. 15.* ut scilicet pater universam hereditatem ultra legitimam relinquat filia vel liberis, ut interim ex bonis omnibus possint percipere fructus, donec vivant, quia sic percipiendo fructus ex bonis fideicommisso obnoxii censerentur legitimam percipisse, modo fructus percepti ad legitimam ascendant, minus conformis juri est, ut rectè judicat Fusar. *cit. l. n. 71. ibique allegati* quia legitima non debetur ex fructibus, sed ex ipsa substantia paterna, *l. 30. C. d. inoff. test.* Cum enim secundum *L. jubemus 6. pr. C. ad 87. Trebell.* nequidem redditus seu fructus interim percepti possint imputari in Trebellianicam, licet pater hoc voluerit, multo magis hoc admittendum esse videtur in legitima, cuius major adhuc favor est, cum illam possit plene prohibere, non vero hanc. Aliud forsitan dicendum, si pater ita ab initio disposuisset, ut vel filius de-

detracta legitima, statim hereditatem restitue- *Alia cau-*  
*ret, quod fieri potest, cum pater possit filio usque, tela ne*  
*ad legitimam præjudicare, aut vero sub conditione de possit de-*  
*non detrahenda legitima universam substantiam reti- trahi*  
*neret, ut interim fructus inde perciperet. Tunc enim*  
*elicens unum renunciat alteri, & acceptando heredi-*  
*tatem paternam postea legitimam non detrahere*  
*poteſt.*

§. 9. Otiosa vero ut puto, est illa cautela, quam *An sim-*  
*nonnulli suppeditant, ut scilicet filius vel filia patri sim- plex pro-*  
*pliciter promittat, quod nolit detrahere legitimam;* *missio pa-*  
*tale enim pactum nullius momenti esse diserte afferitur *trifacta**  
*in l. si quando 35. §. 1. C. de inoff. test. quamvis renuncia- de non de-*  
*tio post mortem patris facta plus operetur, modo fue- trahenda,*  
*rit specialis, Dn Præses de success. ab intest. diff. 7. §. 25. legitima*  
*Fusar. cit. l. num. 103. Sicuti vero jurata renunciatio aliquido-*  
*hereditatis paternæ hodie filiam a successione excludit, peretur?*  
*per ea quæ tradit hac de re fusius Dn. Præses cit. tr. diff.*

8. c. 10. ita hoc casu quoque consultius pro patre foret, ut  
 filius vel filia jurato promitterent de non detrahenda  
 a bonis fideicomisso obnoxii legitima. Idem dicen-  
 dum quoque de dote filiæ facile apparet, cum dos vi-  
 cem legitimæ intret, adeoque ordinarie dos in fidei-  
 commisso universalis non computetur l. 62. pr. ff. ad Sét.  
*Trebell.* Sed si filia eodem modo jurato promisisset de *filia ex ju-*  
*dote cum fideicomisso restituenda, non dubium,* *rata pro-*  
*quin & sic quoque in fideicomissum universale dos missione*  
*computanda, Fusar. qu. 297. n. 7. Verum quamvis com- dotem re-*  
*muniſ Dd. deciſio ſit, dotem eſſe vice legitimæ, vide ſtituit*  
*tamen hoc aſſertum cum grano ſalis eſſe intelli-*  
*gendum, ut ſciliſet filia jurato promittens de dote non*

detrahenda à fideicommisso universalis, censeatur etiam promissae se nolle detrahere legitimam. Nam diversa est quantitas dotis & legitimæ, & diverso modo debentur. Unde securius hoc casu pro patre est, ut filia etiam simul renunciet detractationi legitimæ.

*In fidei-commissio-universali non includuntur bona feudalia, quia de his nulla valet vasalli dispositio restamentaria, Dn. Praes. Exam. jur. feud. c. 14. qv. 18. Knipsch. d. fidic. fam. c. 5. n. 105. nisi sit feudum absolute & simpliciter hereditarium, cum aliis bonis hereditariis annumeretur, & sic de illa valeat dispositio, Rosenthal. de feud. c. 7. concl. c. 12. n. 1. Dn. Praes. cit. l. 1. Knipsch. cit. l. n. 115. ibique alleg. Quod si itaque fideicommissum constituens etiam hæc universalis fideicommisso includere velit, facilior quidem ratio est, si feudum restitutum sit novum, dummodo curet, ut consensum Dokumentum? mini impetrat, illegi specialiter exprimatur in fideicommisso, quia in tali feudo agnati non habent jus quæstum, & solius domini interesse versatur, qui proinde consentire debet, Peregr. de fidic. art. 6. num. 25. Ast cum in feudo veteri agnatis quoque jus sit quæstum non aliter universale fideicommissum feendum continent, nisi & agnati quoque consenserint, cum etiam horum consensu accedente feendum licite alienetur, Vultej. de feud. L. 1. c. 10. n. 60. seqq.*

*An prælegata in fideicommissum universalis certatio est, utrum in fideicommisso universalis veniant, quæ quæstio iudice Struvio Ex. 36. th. 21. est voluntatis & ex circumstantiis & verbis colligenda. Et quidem non nego, aliquando id ex circumstantiis dijudicari posse, ut si prælegatum in re immobili confstat, & te-*

& testator postea prohibuisset, ne ulla immobilia ex sua hereditate extra familiam suam alienentur, quo casu dubium non est, prælegatum quoque fideicommissio obnoxium esse, Ant. Peregr. de fideic. art. 7. n. 27. Sed cum conjecturæ tales sæpius soleant esse ambiguæ & in utramque partem explicari possint, caveat di-  
sponens, ut diserte quoque prælegatorum mentionem faciat, ne ansa dubitandi & controvertendi suppeditetur, quod tunc præsertim esset necessarium, si facile ex aliis conjecturis de contraria mente apparere posset, veluti si prælegatum sit relictum personæ dilectaæ, Peregr. cit. l. n. 50.

§. 12. Cum itaque ex tali fideicommisso uni-  
versali a testatore constituto fideicommissarii, seu qui rium de  
sunt de illa familia illustri, jus quæsitum habeant, & bonis fi-  
eorum utique interfit, ut omnia integra & salva resti-  
tuantur, carent maxime hi, quibus spes ex tali fidei-  
missis ob-  
commisso est quæfita, ut conficiatur inventarium de noxiis fa-  
rebus omnibus fideicommisso subje&tis, in quo descri-  
bantur omnia mobilia, immobilia, jura, designando  
horum omnium qualitatem, & quantitatem, Fusar. de  
fideic. qv. 512. n. 1. Carpz. P. 3. C. 8. Def. 39. Francisc. Cen-  
sal. in obseruat. ad Peregr. de fideic. Art. 44. ad n. 2. Ut  
tamen solenne fiat, non præcise requiritur, sed suffi-  
cit, ut quædam descriptio bonorum fideicommisso  
subje&torum fiat, Mantic de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 6.  
n. 4. quamvis pro fideicommissariis consultius esse,  
videatur, ut solenne fiat inventarium, ut ex hoc,  
quænam bona fideicommisso obnoxia sint, nec ne,  
probari eo rectius possit, quem effectum privata de-  
signatio non habebit vid. Peregr. art. 44. n. 2. ibique  
An solen-  
ne in-  
ventari-  
um re-  
quiratur

Censarius. Imo cum fiduciarius teneatur ad rationes reddendas, Fusar. qu. 514. non commodius id fieri posse videtur, quam si solenne aliquod inventarium fuerit confectum.

*Quid juris, si nullum ad sit inventarium?* Evidem præjudicare sibi ipsi fiduciarium omittendo inventarium existimant, quia alias contra eum possit jurari in litem, Fusar. qu. 512. n. 2. argumento desumpto à tutorē non conficiente inventarium, L. tutorquic repertorium 7. ff. pr. d. Admin. tutor: Sed vero diversa plane est ratio tutorum & fiduciariorum. Ibi favor pupillorum adest, quibus jure prospectum; hic vero culpæ fideicommissariorum merito accensendum, si hac in re non vigilaverint, ut inventarium conficeretur à fiduciario, Peregr. de

*An & qua fideic. art. 35. n. 27.* Evidem hanc inventarii confessio tenus a te etionem remitti posse, ultro fatentur DD. vid. Knipsch. flatoro re de fideic. c. 12. n. 13. cum omnino, qui plane non potuit mitti pos familiæ fideicommissum constituere, etiam possit rat sit inven lem modum ei annexare, per quem quodammodo re tarii con stringatur & modificetur. Cum vero hoc non possit actio. non fideicommissariis exitiosum esse, neque etiam disponens, qui familiæ suæ professe voluit, credendus sit, voluisse, ut plane fiduciarius nullas ledere rationes: hinc hoc tantum de solennis inventarii confectionis remissione intelligendum est, præsertim cum justa causa adesse possit, quæ nihilominus designacionem aliquam desideret. Unde non obstante tali pro hibitione, fideicommissarii omnino current, ut privata quædam designatio fiat eorum bonorum, quæ ad fideicommissum spectant, quod tunc ipsis de negari nequit, præsertim si suo sumptu & expensis designacionem fieri desiderent, Knipsch. cit. l. n. 17.

§. 17.

§. 13. Sed cum inventarij confectio illud qui-<sup>Cautio ad</sup>  
dem operari possit, ne temere quid subtrahatur ex posseffore  
bonis fideicommissio obnoxiiis, non vero plenam se-<sup>fideicom-</sup>  
curitatem fideicommissarii praestet, current, ut fidu-<sup>misi est</sup>  
ciarius praestet cautionem de bonis fideicommissio ob-<sup>praefata.</sup>  
noxiis farts teclisque conservandis & successori inte-  
gre restituendis. Cum enim heres legatorum nomi-  
ne, in diem vel sub conditione relictorum caver-  
teneatur, r. t. C. ut legat. nom. cav. multo magis id dicen-  
dum est de fideicommissio universalis, ubi non una aliqua  
res particularis, sed universitas quædam, in qua faci-  
lius damnum metui potest & præsumi, restituenda.  
Petr. Ant. de Petra de fideic. qv. 10. n. 13. Peregr. art.  
40. n. 10. Imo licet vel maxime nulla suspicionis cau-  
sa adsit, tamen ad securitatem successoris omnino exi-  
genda Id. cit. l. Censal. ad Peregr. cit. l. & quidem fide-  
jussoribus idoneis, cum hic de re incerta in cautio-  
nem deducta agatur, Knippschild de Fideic. fam. c. 12.  
n. 16.

§. 14. Quid vero consilii, ubi hæc cautio a testa-<sup>Quid ju-</sup>  
tore fuerit remissa? Fieri enim hanc remissionem <sup>ris si cau-</sup>  
posse, indulgent communiter Dd. quamvis sub hac li-<sup>tio a testa</sup>  
mitatione, ut adhuc caveat, dolum malum abfutu-<sup>tore re-</sup>  
rum. Hoc enim cautionis membrum remitti non <sup>missa?</sup>  
posse, docent Ludov. Molin. de Hisp. primog. l. i. c. 15. n. 17.  
Fusar. de fideic. subft. qv. 515. n. 10. quod inique reprobat  
Peregr. cit. l. n. 11. quia alias daretur causa ad delin-  
quendum. Scilicet sunt adhuc aliæ rationes cavendi  
Quamdiu boni quidem patrisfamil. officio fungitur,  
nihil adeo est, quod ab eo exigi posse videatur. Cæ-  
terum quamprimum bona fideicommissaria dilapida-  
re

re incipit; prohibitione testatoris non obstante ad cautionem adhuc præstandam adigi potest Fusar. *qr. 607.*  
*n. 6.* Knipsch. *c. 1. n. 34.* Sicuti hoc onus cautionis patri, quod alias ei tanquam legitimo administratori bonorum adventitiorum a lege remissum, recte a judice hoc casu imponi potest Struv. *Jurispr. for. lib. 1. tit. 18.*  
*apb. 2.*

**Cautela** §. 15. Cum vero præterea heredi fiduciario ex ne Trebel- SCto Pegasiano, quod deinceps ex Justiniani disposi- lianica de tione in Trebellianum SCtum translatum est, data- trabatur. sit potestas detrahendi quartam Trebellianicam, adeoque hæc ipsa fideicommissa universalia valde imminuere possit, cum tamen, si præsertim ad splendorem familie fideicommissum est constitutum, testatoris interesse possit, ut tota massa integra & illibata ad successores in familia devolvatur, omnino operam dare debet, ne in dispositione testamentaria hujus mentionem omitterat. Ordinaria propterea cautela esse solet, ut hæc a defuncto in ultimo elogio prohibatur. Hanc enim ad exemplum legis Falcidiæ quoque prohiberi posse communiter placuit per *auth. sed cum restator.* *C. ad L. Falcid. Jac. Wamésius Var. Resol. lib. 1. c. 2. n. 14. seq.* Natta *conf. 528. n. 35.* Cœlius Bichus *Decis. Rot. Roman. 559. n. 8.* Peregr. *de Fidic. art. 3. n. 35.* Circa ipsam vero prohibitionem Trebellianicæ duo obser-

**Prohibi- vanda 1)** ut ipsa prohibitio fiat verbis expressis. Quam-  
 tio Trebel- vis enim DD.rum ingens concertatio sit utrum etiam  
 lianica de hic verba æquipotentia sint admittenda, veluti si te-  
 bet fieri stator disposuisset, integrâ bona esse restituenda, &  
 verbis ex universam substantiam, de qua quæstione consulatur  
 pressus. plenius Mantica de Conject., ult. Vol. lib. 7. tit. 12. tamen  
 verior

verior sententia, quæ etiam communiter approbata, est in contrarium, cum ubi lex requirat expressim aliquid fieri, requiratur prohibitio specialis, nec sufficiat generalis Peregr. cit. l. n. 89. præsertim cum talia verba sint dubia & alium admittere possint sensum, ne scilicet ex bonis fideicommisso obnoxiosis quid dissipet aut frivole alienet. Cæterum per quæ verba

videatur Trebellianica prohibita docent Mantica de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 12. Guid. Pap. decis. 537. Præferrimus vero hac prohibitione opus erit, ubi filius fideicommisso gravatur. Quamvis enim hic de jure Civili quidem non possit simul legitimam & Trebellianicam deducere vid. Dn. præf. cit. l. §. 26. Caner. cit. l. n. 26. de jure vero Canonico utramque per c. Raynaldus X. de Testamento. praxis tamen hic distinctionem formavit inter fideicommissa pura & conditionata & in diem relictæ, ita ut priori casu una quarta contenti esse debeant, posteriori vero utramque deducere possint Struv. ex. tb. 30. quamvis hanc sententiam ratione genuina destitui docuit Dn. Piræf. cit. l. §. 28. Consultum itaque omnino hoc casu erit, ut diserte interdicatur utroque casu detractio. Neque enim assentiri possumus illorum Doctorum assertioni, qui hanc prohibitionem inutilem esse existimant, quam latius defendit Andreolus contr. i. & infinitis Dd. autoritatibus conglomeratis stabilire conatur, cum nihil obster, quominus pater posit liberos in reliqua massa hereditaria ultra legitimam non obstante l. Jubemius. C. ad Sct. Trebell. quam Dn. præf. cit. l. §. 32. resolvit. Illud parum referre existimo utrum in testamento an in Codicillis talis prohibitio fiat. Quamvis enim dicillis ta-

An. filius  
possit cum  
legitima  
simul Tre-  
belliani-  
cam detra-  
here?

*lis probi-* posterius aliquibus ideo inconveniens visum fuit, quod  
*tio fieri* Codicillis non possit tolli vis testamentorum, tamen  
*possit.* quin per obliquum hoc fieri possit, nulla ratio juris  
 prohibet *I. Scævola ff. ad SCt. Trebell.* vid. Mandica. *cit. I.*

*prohibitio* tera cautio est, ut talis prohibitio fiat verbis perspi-  
*rectius fit* cuius & lingua vernacula, ne ab herede fiduciario ob-  
*lingua* jici possit, testatorem seu disponentem vim Trebellian-  
*verna-* nicæ tanquam imperitum non intellexisse, quod facile  
*cula.* fieri posset, si ita prohibitio facta: Und soll mein Er-  
 be die ganze Erbschaft ohne Abzehrung der Trebellian-  
 icæ restituien. *Rectius ita:* Und soll mein Erbe  
 nicht befugt seyn etwas davon abzuziehen/es werde ge-  
 fordert als der vierte Pfennig / Lateinisch Trebellian-  
 icæ genant/ oder sonstigen auf einigerley Weise.

*An per* §. 17. Neque vero satis proinde a defuncto  
*prohibitio* acutum censetur, ubi prohibuit bona immobilia alienari.  
*nem alie-* Quamvis enim hoc casu Trebellianicæ mentionem  
*nationis* nullam injectit, non tamen illam detrahi posse putant,  
*censeatur* quod alias fieret contra expressam dispositionem de-  
*prohibita* functi, qui prohibuit absolute alienationem, sine qua  
*Trebellia-* tamen talis detractio non posset fieri, adeoque tali dispo-  
*nica?* sitioni necessario inclusam esse detractioonis prohibitio-  
 nem *Peregr.* *cit. I. n. 91.* Joh. Franc. Andreol. *contr. 33.* Cra-  
 vetta *conf. 921. n. 10.* Knipschild *cit. I. n. 169.* Verum non  
 defunt, quæ contra has rationes adduci possunt. Quid  
 enim si dicamus, intelligendum hoc esse de alienatio-  
 ne frivola, imo verba hæc nihil aliud involvere quam  
 constitutionem fideicommissi, adeoque male applica-  
 ri ad prohibitionem Trebellianicæ? Inde ipse Pere-  
 grinus valde se torquet *loco cit.* neque tamen absolute  
 hoc

hoc approbare audet. Quando autem cum prohibitiōne alienationis concurrit specialis prohibitio Trebellianicæ, tunc omne tollitur dubium, & rectius defuncto consultum videtur. Cœl. Bichius decif. Rot. Roman. decif. 343. n. 13.

§. 17. Cæterum quamvis proprie fideicommissa Fideicommissum ultima voluntate constituantur, ut superius præmo- nui, non incongrue tamen huc referri posse videtur conventionale fideicommissum conventionale, quamvis nonnihil improprietate priū contineat. Huj, tamen eo magis hic facienda mentio, quod & inter familias illustres per conventiones tale fideicommissum soleat, constitui. Et quia nonnihil hoc ipsum recedit a regulis communibus fideicommissorum proprie & stricte talium, hinc peculiares regulæ hic observandæ, ut caute constituatur. In genere hanc utriusque præmitto differentiam, quod Differen- fideicommissum proprie dictum sit actus solitarius, tia a fidei- adeoque dispositio Junius testatoris: at quia conven- commissio- tionale per pactum fit, hoc vero sit duorum pluri- propri- umve consensus l. i. ff. de Pact. hinc conventionale con- dictio. sernum ab utraque parte præsupponit. Fundamen- tum hujus fideicommissi regulariter petunt ex l. quo- ties 3. C. de donat. que sub mod. ubi ex pacto de restitu- enda cerrare donata tertio utilis actio indulgetur, cum alias ex stricta juris ratione ex conventione tertii alteri jus seu actio acquiri non possit. Quod hodie eo magis obtinebit, postquam ex simplicitate juris Gentium etiam ex pacto alterius alteri jus acquiri cepit, Mev. 4. Det. 11. n. 5. Dn. Præf. us. Mod. tit. de pact. §. 12. Et quia talia fideicommissa ut plurimum inter personas illustres constituuntur, hinc definientur, fideicom-

*misorum* quod sint paēta personarum nobilium seu illustrium,  
*conventio-* de bonis fidei possessoris commissis & demandatis o-  
*naliūm.* lim post mortem ejus seniori aut alii de familia re-  
 stituendis Germ. Stangüther Dn. Præses de success. ab  
 int. diss. 8. c. 9. §. 7. conf. Dn. Harprecht. p. 1. tract. Aca-  
 dem. 8. §. 11. & seqq. ubi & rationum ponderibus & cal-  
 culo Dd. communī talia fideicommissa esse subnixa fus-  
 us declarat.

*An & qua-* S. 18. Evidem ex cit. 1. quoties 3. perspicuum-  
 tenus ac est, non inutiliter quidem adhiberi acceptationē tertii,  
*ceptatio-* cuius favorem fideicommissam hoc respicit, & cui o-  
 tertii hic lim est restituendum, non tamen esse necessarium,  
*requira-* cum & præter illam defur tertio efficax actio utilis,  
 tur.

& maxime moribus, ut. §. antec. dictum, ubi ex pa-  
 sto terri alteri acquiri actio potest, quam quidem ra-  
 tionem tanquam valde dubiam & in foro non  
 receptam haud admittit Clariss. Harprecht. cit. 1. §. 16.

quod etiamnum hodie integra collegia pronuntient  
 in contrarium. Verum rationem non video receden-  
*An ex pa-* di ab hac in simplicitate juris gentium fundata senten-  
*eto terii,* tia, cum haud ignotum sit, in paētis jus Romanum  
*hodie jus* ut plurimum non esse receptum, sed mores Germaniae  
*aequiri* saltim attendere vinculum obligationis naturalis.  
*possit.* Et quamvis forsitan adhuc quidam aliter respondeant,  
 respiciendum tamen magis ad connexionem senten-  
 tiarum cum principiis, quam ad id, quod communiter fiat. Hac enim admissa sententia non necesse est  
 configere ad illam subtilitatem juris Romani, quod  
 quidem in tali conventionali fideicommisso directa,  
 actio tantum acquiratur pacienti, utilis vero illi,  
 cui quid restituendum, cum illa distinctio vix in foris

Roma-

Romanis teste JCto in l. 47. ff. de N. Gesl. ne dicam in nostris effectum quendam producere posse Non nego interim aliquando utiliter accedere acceptationem tertii, cui aquondam restituenda, ne alias facile detur occasio illud revocandi præsertim, cum illud adhuc valde controversū sit, an non pactum tale a pacientibus mutuo dissensu tolli possit, non auditio eo, cuj, favorem respicit uti appareat ex iis, quæ plenisime in utramque partem disputantur a prælaudato Dn. Harprecht. cit. l. § 57. seqq. quæ dubia omnia removentur, si tertius fideicommissi restitutionem acceptaverit, vel etiam si juramentum constituens de non revocando præstiterit, quæ cautela ab aliis commendari solet, Anton Faber in C. de donat. def. 3. Mantic. de tacit. convent. lib. 13. tit. 48. n. 12. Peregr. art. 51. n. 52. Dico utriusque consensu. Nam hoc per se liquidum est, unius dissensu a bene constituta conventione recedit non posse l. 5. C. de Obl. & Act.

§. 19. Verum & hic cautio adhibenda, ne fidei- Quando  
commissum tale per quandam mortis causa donatio- revocari  
nis speciem constitutum videatur. De hac enim si posset tale constat, tunc facillime talis revocatio fieri potest, se- fideicom-  
cundum regulam in l. 4. ff. de adim: vel trans legat, quod missum.  
ultima voluntas sit revocabilis usque ad extremum,  
vitæ halitum, quæ etiam in m. c. donationibus locum  
sibi vindicat. Apparet hoc in pactis dotalibus mixtis  
ubi etiam onus restituendi injungii potest, non tamen  
exclusa erit pœnitentia. Hoc tamen casu utile foret  
adficere pactum de non revocando fideicommissum, hoc  
ipso enim degenerat talis m. c. donatio in donatio-  
nem inter vivos, fitque eo modo irrevocabilis, L. ubi

ita donatur 27. ff. de m. c. donat. Verum nec hac cautela opus est, quoties simplex fideicommissum per meram conventionem constituitur, quia sic evidens est, patetum tale à pacifcente revocari non posse, Dn. Praes. de success. ab intest. Diff. 7. c. 1. §. 6.

*An fidei-  
commissū  
conventionalis donationem contineat, & vero in L.  
conventio-Sancimus C. de Donat. constitutum, ut omnis donatio,  
nale requi quæ ultra quingentos solidos est, insinuetur, merito  
rat insinu- ei, cui sub onere restituendi aliquid donatur, præca-  
tionem. §. 20. Cum vero talis constitutio fideicommissi  
admitti potest in casu, si donanti ipsi & ejus heredi-  
bus res donata est restituenda. Neque enim onus  
hoc restituendi simplex videtur excludere insinuatio-  
nis necessitatem. Harprecht cit. l. §. 19. n. 2. Verum  
cum hic potissimum sermo sit de fideicommisso Illu-  
strium personarum, quod ad splendorem familiae con-  
stituitur, & magis eis, qui sunt de familia, quam ipsi  
donanti restituenda, cautela hæc non videtur ubique  
esse necessaria. Primo itaq; huic necessitatì insinua-  
tionis non puro subiectam donationem per modum*

*fideicommissi factam Principum, Comitum, aliorum  
que statuum immediate imperio subiectorum, quia  
his ob superioritatem territorialem idem jus appli-  
candum, quod ipsi Imperatori competit. Jam vero  
donationes Principum non sunt adstrictæ ad cit. L. san-  
cimus l. Obrecht. diff. 2. de donat. concl. 197. Carpz. p. 2. c. 12.  
def. 16. n. 4. Knipsch. de fideic. famil. c. 6. n. 66. Deinde  
si supponamus, Nobilium mediatorum donationes*

*Quid de  
nobilibus  
hoc modo factas, itidem, quamvis ex diverso fonte,  
insinuatio non erit necessaria, cum talis donatio non  
erit*

fit simplex, sed facta ob causam, quo nimurum testa-<sup>mediatis</sup>  
toris familia ejusque integritas conservetur, quales <sup>judicadū.</sup>  
donationes non sunt proprie donationes, l. 19. §. f. ff.  
*de donat.* Respicit enim hæc causa ipsum testatoris  
commodum, quippe cuius quam maxime interesset  
videretur, familiam conservari, id quod fideicommissi  
constitutione declaravit. Cœl. Bichius *detiff.* Rotæ Ro-  
man. 207. n. 26 Molin. de Hispan. Primog. lib. 2. c. 8. n. 15.  
*seq.* Knipsch. cit. l. n. 70. *seq.* veluti si cautum fuerit, ut  
certum castrum exclusis sceminiis apud agnatos in fa-  
milia maneat. Knipsch. cit. l. n. 70. quo etiam inclinare  
videtur Peregrin. de fideic. art. 51. n. 64.

S. 21. Cum vero alias circa pacta illustrium suc-  
cessoriorum consensum imperatoris requirant, vid. Myl. fideicom-  
ab Ehrenb. de Princ & Stat. Imp. c. 25. §. 15. Limn. lib. 4. missis illu-  
de Jure Publ. c. 8. n. 124. & 154. Carp. de Confraternit. §. 33. strius re-  
43. & 47. hinc quidam inde argumentum sumentes ad quiratur  
hæc fideicomissa conventionalia eandem confirmationem requirentur, ex ea ratione, quod hæc suctio Imper-  
cessio sit pactitia, adeoque de jure communi non subratoria?  
sistat. Id quod si admittamus, necessaria certe cautela  
erit de adhibenda hac confirmatione. Sed duo hic  
ante omnia monenda. Primo quod in quibusdam  
pactis successoriis, ut confraternitatis, requiratur con-  
firmatio Imperatoria, idque qualitate bonorum, de qui-  
bus talia pacta fiunt, fluit. Cum enim pleraque territoria  
per modum feudi ab Imperatore habeantur, & vero  
ex jure feudali notum sit, de feudo absque Domini  
consensu libere vasallum disponere non posse; omni-  
no juri feudali conveniens est, in hisce bonis requiri-  
re Imperatoris confirmationem. Ast ubi quaestio  
move-

movetur de mere allodialibus, Imperatoris confirmatio non erit necessaria, Besold. i. diff. Nomicop. 13. n. 16. Perillustr. Dn. de Rhetz. ad 1. F. 8. §. 4. n. 25. p. 353. & de Jur. publ. lib. 2. c. 22. §. 10. Itter. de Feud. Imper. c. 17. §. 10. Knipfchild de Fideic. famil. c. 3. n. 28. Dn. Præs. diff. de jure Allod. princ. Imp. c. 5. n. 6. sicuti id quoque verum in principatis feudalibus quidem, sed alienabilibus, Dn. Præs. de success. ab intest. Diff. 8. c. 7. §. 18. & 20. Et valde jejuna est ratio, quam afferunt, quasi ideo confirmatione sit necessaria, quod tales conventiones repugnant legibus civilibus. Præterquam enim quod Principes legibus civilibus sint soluti, non inconveniens est, aliam rationem succedendi admittere, quamquam quæ in jure Romano est recepta: ast successio pactitia moribus Germaniae quam maxime conveniens est, praxeique communis comprobata. Deinde si vel maximie demus, in quibusdam pactis necessariam esse confirmationem, ut in confraternitatibus Principum, id tamen minime applicari posse videtur ad fideicommissa conventionalia illustria, cum ibi non agatur de bonis feudalibus in aliam familiam transferendis, ut in confraternitate, sed potius in familia conservandis, Harprecht, cit. 1. §. 20. n. 12. Id interim non diffitemur, utilius quandoque esse, ut infideicommisso hoc illustri accedit confirmatione superioris, cum per hanc confirmationem omnes defectus suppleantur, & tanta vis illis attribuatur, ut nullo modo tale fideicommissum revocari possit. Cravetta consil. 241. n. 10. Dec. conf. 206. n. 4. Paris. vol. 2. conf. 11. n. 52.

*Ratio succedendie* §. 22. Illud pariter caute observandum, ut, cum tale fideicommissum illustre constituatur familie gratia primenda

tia ut scilicet certa bona perpetuo in illa familia maneat, exprimatur ratio succedendi in illis bonis, ut omnes evitentur controversiae, quae quandoque ratione successionis incidere solent, ut optime etiam idem monitum urget Molin. *de Hispan. primog.* l.3. c.5. n. 66. scilicet, ut primo exprimatur, quinam succedere debeant, an masculi, an etiam foeminæ simul, quod posterius tamen vix locum habebit, cum talia fideicommissa ordinarie in familiae conservationem constituentur. Deinde inter plures in familia concurrentes, an omnes, an saltim senior admittendus sit. Ne enim bona dividantur, communiter fieri solet, ut tantum fratri seniori adscribatur fideicommissum. Porro si fratre seniori tantum fideicommissum assignatum, an linealis, an alia successio observari debeat. Multæ enim oriri possunt controversiae de jure representationis, an & quatenus locum habere possit in fideicommissis, de quibus vid. Covarruv. *pract. quest. cap. 38. n. 3. vers. 6.* Mantic. *de conject. ult. vol. 1. 8. tit. 9. n. 8.* Fusar. *qv. 493. n. 4. scqq.* Petr. Ant. *de Petr. qv. II. n. 36.* Peregr. *art. 21. n. 31.* Imo & illud multum dubitationis habet, utrum fratre seniori præmortuo, antequam ad eum fideicommissum devolvatur, admittantur ejus liberi, an vero his exclusis frater præmortui secundogenitus. Denique quomodo extincta linea una transitus fieri debeat ad aliam, an ibi respiciendum sit ad illam, ubi proximior adest ipsi disponenti, an vero ad illam, ubi occurrit proximior defuncto, nam hic multæ solent occurrere lites, quæ omnes evitantur, si ratio succedendi accurate exprimatur.

§. 23. Cæterum ut speciatim in hoc quoque fi-  
D dei-

*An prohibito Trebellianicæ deicommisso illustri prohibitio Trebellianicæ accedat, uti quidam monent, non videtur necessarium esse, cum detractio Trebellianicæ introducta sit in favorem hebis sit uti redis, & sic tantummodo in ultimis voluntatibus locis?*

cum habeat. Sicuti itaque in donationibus inter vivos non deducitur Falcidia, quis assereret, Trebellianicam in conventionali fideicommisso esse detraherendam Peregr. *de fideic. art. 57. n. 22.* Dn. Harprecht *cit. l. §. 41* quod tamen merito restringendum ad fideicomissa simplicia; nam quæ per m. c. donationem constituantur, facilius largimur Peregr. *cit. l.* Trebellianicæ detractioni esse locum, adeoque hic merito cavendum, ut expressis verbis illa prohibeatur.

*Anjuri accrescendi locus*

§. 24. In eo vero hoc fideicommissum imprium a proprio differt, quod juri accrescendi in eo non sit locus. Hoc enim jus leges tantum indulserunt in ultimis voluntatibus, ad contractus vero seu conventiones minime extendi potest, *l. 110. pr. ff. de V. O. ibique Dn. Brunnem. n. 3.* Fachin. *lib. 5. controv. 101.* cum merito imputandum contrahentibus, quod sibi de hoc casu non prospexerint; que ratio tamen ad ultimas applicari nequit voluntates: ut itaque hoc casu quoque jus accrescendi non excludatur, consultum quidem est, ut id exprimatur a contrahentibus Jac. Covar. *var. Resol. p. 3. c. 22. n. 61.* verum ad fideicomissa conventionalia illustrium id non facile applicari posse videtur, si scilicet in familiæ favorem constitutum, ubi ordinarie unus, ne bona dividantur, senior scilicet habet fideicommissum, adeoque casus non videtur dabilis, ut quæstio de jure accrescendi moveri possit.

§. 25.

§. 25. Instituentes jam comparationem inter fideicommissa pactitia, & quæ per ultimam voluntatē fiunt, consultius & utilius esse putamus, per ultimam voluntatem illud constituere, quam per conventionem. Multo enim favorabiliores sunt ultimæ voluntates, quam actus & negotia inter vivos *l. i. C. de ss. Eccles. l. 12. d. R. J. Vultej. 4. Marpurg. Consil. 35. n. 91.* quin quod prohibitiones in testamentis seu ultimis voluntatibus factæ habeant vim legis, ita ut actus contra eas gestus sit ipso jure nullus, secus ac in contractibus *l. 69. re §. 3. l. 77. §. 27. de Leg. 2. Tiraqv. de Retr. convent. §. 1. gl. 7. n. 10. n. Gail. 2. obs. 16. n. 7. Sichard. ad l. 3. de cond. ob caus. dat. n. 3.* Et quamvis forsitan, quamdiu testator adhuc est in vivis, ultima voluntas revocationi sit obnoxia *l. 4. ff. de adm. vel transf. leg.* defuncto tamen eo vim legis nanciscitur tale testamentum, & normam familiæ præscribit quoad illud fideicommissum. Quin quod facilius universale fideicommissum per ultimas voluntates constituantur, quam per conventiones, vid. Cardin. de Luca de fideic. *disc. 141. num. 19. seqq.* Klock. *tom. 3. Conf. 114. n. 20. seq.* Card. Cels. *dec. 36. n. 7.* Torre de pact. fut. success. lib. 1. c. 1. n. 7. Benignior quoque hic adhibenda interpretatio *l. 24. d. Reb. dub.* secus ac in contractibus Menoch. *conf. 1028. n. 18. Surd. decif. 144. n. 21.*

§. 26. Sunt adhuc aliae plures species fideicommissorum, veluti quod alia sint realia, alia personalia, alia revocabilia alia irrevocabilia, de quibus quedam edifferere constitui ad ultimum huj<sup>o</sup> capitinis membrum Reliquas autem divisiones, de quibus consuli potest Knipsch. *de fideic. fam. c. 2.* consulto hic non tango, qui tantum circa fideicomissa illustrium, ubi omnes il-

læ locum invenire non adeo possunt, occupatus sum.  
Pergo itaque ad membrum secundum, ostensurus,  
quomodo caute hic verba sint concipienda, ut inde fideicommissum argui possit.

*Quenam  
verba in-  
ducant  
fideicom-  
missum*

§. 27. Evidem supra in definitione fideicommissorum suppositum est ad introducendum fideicommissum verba precativa esse adhibenda: quia vero in his sola voluntas respicitur, *l. pen. d. leg. 1.* Petr. Ant. de Petra *defideic. qu. 9. n. 5. 6.* tam largiter & benigne verba ultimæ voluntatis sunt accipienda, ut etiam si externe non videantur esse dispositiva aut precativa, sed mere enunciativa, tamen fideicommissum inducant. Non itaque dubitavit Scævola in *l. Pamphil. o 39.* *pr. ff. de. leg. 3.* sequentem propositionem: *scio omnia  
qua Tibi, Pamphile, relinquo, ad filios meos p̄ventura, cum  
affectionem tuam circa eos bene perfctam habeam, ad fidei-  
commissariam dispositionem referre;* quamvis enim, inquit Jctus, non videatur, quantum ad verba testatoris pertinet, fideicommissum Pamphili, ut centum restitueret, sed cum sententiam defuncti a liberto decipi satis inhumanum est, centum ei reliktos filiis testatoris debere restitui. Imo verba quæ magis consilium, esse videntur, qualia sunt in *L. fideicommissa II. §. 9. ff. d. legat. 3.* & quæ unice in arbitrium heredis collata, qualia sunt in *cit. l. §. 7.* ad fideicommissorum classem referuntur: interim tamen non universale hoc esse, quoties scilicet non satis de voluntate fideicommittentis constat, ex multis textibus constat. Ita enim si merum est consilium, fideicommissum inde non inferri posse, patet ex *l. cum pater 77. §. 24. d. leg. 2.* nec simpliciter enunciativa, quoties scilicet ad honoratum, non ad

*An suffi-  
cient  
verba*

gra-

gravatum verba directa, ut patet ex l. 68. §. 1. de leg. 3. simplici qualia verba dicuntur etiam adulatoria, Vincent. Fu- ter emun- far. qu. 275. n. 3. Peregrin. art. 1. n. 49. adeoque ne circa ciativa voluntatem defuncti ullum aliquod dubium superfit, quod tamen hoc casu fieri posse, Dd. unanimiter fatentur, vid. Petr. Ant. de Petra cir. l. n. 32. seqq. consultius pro testatore est, abstinere verbis ejusmodi enunciatiis merum consilium continentibus, aut rem arbitrio heredis committentibus, adhibitis potius verbis dispositivis, quod præsertim tunc conveniens est, ubi in familiæ aut agnationis favorem perpetuum constitendum est fideicommissum.

§. 28. Cum itaque fideicommissum non semper *Tacitum* ex verbis judicandum esse velint, hinc oritur nova fideicommissi species, *tacitum* scilicet, quod magis ex missum. conjecturis quam expressa dispositione deducitur, Petr. Ant. de Petra de Fideic. qu. 9. n. 22. Mascard. de probat. concl. 775. n. 4. Mev. P. 7. dec. 17. n. 4. Vincent. Fusar. qu. 276. Si enim inquit Jctus, in l. unum ex familia 67. §. 9. de legat. 2. omessa fideicommissi verba sint, & cetera que leguntur, cum bis que scribi debuerunt, congruant, recte datum & minus scriptum. In hoc itaque casu, ut recte ex circumstantiis & conjecturis fideicommissum inducatur, provide circumpisciendum de ipsis conjecturis, an sint urgentes & necessariae & multum probabiles, ex his enim demum recte voluntas colligitur, Fusar. cir. l. n. 4. Quamvis enim quidam etiam leves conjecturas admittant, ut videre est apud Petr. Ant. de Petra, cit. l. n. 94. ex iis tamen non recte constare potest de mente defuncti. Tales conjecturæ sunt, si testator dixerit, hoc vel illud castrum nunquam ex familia alienari

Quomodo,  
ex conje-  
cturis si-  
deicom-  
missum  
induca-  
tur.

nari debere : hæc enim alienationis interdictio nullam aliam conjecturam capere permitit , quam fideicommissi relicti, licet verba cetera fideicommissorum formulis non respondeant. Dn. Præf. de success. ab int. diff. 7. c. 1. §. 9. præterit si clausula perpetuitatis fuerit, adjecta Jacob. Cancer. Var. Resol. p. 1. c. 1. n. 125 & 271. Ad rationem quoque dispositionis testatoris respiciendum erit, quæ si se fundet in eo, ut bona in familia conserventur, apta est ad inducendum fideicommissum inter omnes de familia, etiam ubi nulla apparet substitutio fideicommissaria, aut alienationis prohibitio, Id. cit. l. n. 277. Franc. a Ponte conf. 46. n. 28. Fusar. qv. 277. n. 6. Pertinet huc etiam, quando testator prohibuisset detractionem Trebellianicæ: cum enim hæc non aliterquam in fideicommissis possit detrahi, censetur cogitasse de fideicommisso introducendo, Petr. Ant. de Petra qv. 1. n. 130. Menoch. conf. 117. n. 21. Peregrin. art. 3. n. 4. Similiter quando heredi & ejus successoribus testamenti factionem de bonis quibusdam extra suos agnatos interdixerit: tunc enim censetur vocasse omnes, qui sunt de familia, in illa bona. Sic enim accipienda eam scripturam esse docet Paul. in 1. qui filium 74. pr. ff. ad Sæt. Trebell. ac si hereditatem suam rogasset restituere successoribus in familia. Caute, tamen ad mentem testatoris hic esse respiciendum, bene monet Fusar. cit. l. n. 16. seqq. Quid enim si verba illa tantum merum consilium continerent, quid si prohibitus testari coheredem habeat? An vero positi in conditione dicantur dispositio per fideicommissum, vocati, anceps inter Dd. est concertatio, uti videre est apud Ant. de Petra, cit. l. n. 154. ubi id negat, quod qui-

An positi  
in condi-  
tione vi-  
deantur

quidem tunc admitti potest , talem scilicet conditionalem dispositionem non valere , ubi verba , vocari ad dispositiva diserte requiruntur , uti in institutione , fideicom- liberorum . Struv. Ex. 32. th. 31. Ast cum in fideicommissum ? missis verba dispositiva non præcise sint necessaria , & conjecturæ probabiles admittantur , non puto hanc dispositionem esse insufficientem ad fideicommissum inducendum , v. c. si quis ita disposuerit : frater meus heres esto , cognati autem tuyc demum ad meam hereditatem perveniant , si nulli ex agnatis meis super fu- erint . Quis dubitaret fratrem heredem institutum rogatum censeri de restituenda hereditate proximiori agnato ? Hinc Cephal. conf. 476. n. 5. hoc admittit , si conjecturæ voluntatis testatoris concurrant , conf. Pe- tra cit. l. n. 194.

§. 29. Quod si plane in dispositione defuncti verba fideicommissum aliquod inducentia non occurunt , *Quid con- sum in- sru, si ver- ba fidei-* ex errore a Notario omissa , non aliud supereft re- medium , quam ad probationes configere . Cum enim commis- fideicomissi constitutio sit facti , adeoq; indubio non præ- sum in- sumatur , Simon de Præt. lib. 1. conf. 39. n. 22. Menoch. 1. 4. pres. ducentia 67. n. 10. Crav. conf. 100. circ. a. f. hinc merito animadverten- plane de- dum , utrum voluntas disponentis possit aliter veluti per sificant ? testes probari . Quod si enim ad sint testes , qui jurato ad- serere possint , testatorem voluisse , ne castrum aliquod extra suam familiam alienetur , illi desuper sunt exami- nandi , & sine dubio voluntas defuncti erit servanda . In causa enim fideicomissi conjecturæ admittuntur , l. cum proponatur 64. ff. de leg. 2. Sed de numero te- stium dubitatur , utrum duo sufficient , an vero quinque vel septem adesse debeant ? Evidem ad consti- tuendum fideicommissum ad minimum quinque re- gula-

gulariter necessarii sunt, adeoque & hic septem vel quinque requirit Andreol. *controv.* 144. n. 2. Surd. *lib.* 1. *conf.* 129. Verum cum hic non agatur de constituendo aut inducendo fideicommissio, sed de probatione voluntatis, vel duo sufficere videntur, quia per illos plena probatio inducitur, conf. Fusar. *qv.* 283. n. 6. Menoch. *conf.* 85. n. 87. Donell. *l.* 8. c. 3. *ibique Hillig. lit. E.* Imo hoc eo magis procedere videtur, postquam unanimi DD. calculo approbatum, conjecturas sufficere ad inducendum fideicommissum Mascard. de Probat. *conf.* 774. n. 2. & *concl.* 775. n. 3. Clar. in §. *testamentum*, *qv. est.* 76. Cravetta *conf.* 302 n. 5. Sand. *decis.* 262. quid itaque prohiberet, quo minus etiam per duos testes fideicommittentis voluntas possit probari, dummodo ordinarius numerus testium in ipsa dispositione ultimae voluntatis non fuerit omislus.

Fideicommissum inducitur per alienationis prohibitonem

§. 50. Caterum cum potissimum effectus constituti fideicommissi in eo consistat, ut alienari a gravato res fideicommissaria non possit, hinc in primis per prohibitionem alienationis bonorum fideicommissum induci volunt. Sed circa hoc membrum cautione opus est: Hoc quidem certum est, quemlibet esse rerum suarum arbitrum & dominum, adeoque legem, quemlibet suæ rei dicere posse *l.* 21. *C. Mand.* Quin, quod talis lex de jure non videatur improbata, probant *l.* 114. §. 14. *de Leg. I.* Natta *conf.* 18. n. 1. *lib.* 3. Tiraqv. *de Retr. part.* 13. gl. 3. *qv.* 8. Petr. Ant. de Petra *de fideic.* *qv.* 1. n. 9. *seqq.* Verum facile talis prohibitio nudum consilium in se continere videri posset, unde in jure ad fideicommissum inducendum est insufficiens. Petr. *vit.* *l.* n. 2. Peregrin. *de fideic.* art. 14. n. 1. Cephal. *conf.* 350. *n.* 28.

n. 28. Adeoque ut talis prohibitio effectum fideicommissi operetur, necessaria quidem cautela est ut fiat ex causa aliqua, quæ vel adjici debet, vel tacite colligi possit ex ipsa dispositione. Nudum enim præceptum nullius esse momenti dicitur in *L. pater.* 38. §. 4. l. *Lucius Titius* 93. pr. de *Leg.* 3. *Fusar. de fideic. qv. 685. n. 1.* | *Mascard. de probat. concl. 1236. n. 4.* *Petra cit. l. n. 75.* Cum vero in fideicommisso familiae illa semper subsit causa, ut splendor familie conservetur, hæc aliquando ex qualitate bonorum colligitur, licet haud fuerit adjecta, velut si testator prohibuerit castrum alicujus alienationem extra familiam *Petra cit. l. n. 89. & 90.* *Ruin. confil. 205. n. 6.* imo putant hanc prohibitionem simplicem valere, licet nequidem familiae facta mentio, modo constet, quod testator voluerit hoc castrum commune refugium familie esse, *Roland a Valle conf. 23. lib. 1. n. 24.* *Dec. conf. 31. n. 102.* *Natta conf. 621. n. 14.* *Mantica de Conject. ult. vol. lib. 6. tit. 12. n. 8.* Posset vero mens testatoris colligi ex eo, si palatium vel castrum fuerit majorum & haec tenus perpetuo in illa familia fuerit, *Mantica cit. l. Honded. conf. 58. n. 13.* *Petracit. l. n. 93.* *Fusar. quest. 685. n. 30.* tum enim justa affectio præsumitur circa illam rem, ne ex familia illa abeat.

§. 31. Cum vero negari nequeat, fortiorum esse, *Clausula* prohibitionem alienationis quæ sit expresse, quam quæ *de non alienando* ad saltim tacite inducetur ex conjecturis, *Besold. P. l. conf. enando ad 11. n. 133.* *Knipsch. de Fideic. famil. c. 6. n. 374.* adeoque conjecta fidei-stituto quidem fideicommisso effectus probabilis alienationis inde sequatur; hinc nihil utilius est, quam clausulam de non alienando expresse fideicommisso adji-*cere.* Illud enim ex jure nostro evindens est, expres-

sam prohibitionem operari, ut actus contra illam prohibitionem gestus sit ipso jure nullus *l. Lucius* 88. §. 15. *ff. de legat.* 2. *Cephal. conf.* 318. n. 16. *seqq.* adeoque statim secuta alienatione vocatus proximior ad fideicommissum, alienata revocare posit *l. peto* 69. §. *fratre* 3. *ff. de leg.* 2. ubi dicitur, quod proximus quilibet in familia censeatur invitatus ad revocandum illud fideicommissum: in tacita autem prohibitione exspectanda est mors gravati *Petr. Ant. de Petra* *qv. 3. n. 2.* adeoque & fructus ex re alienata percepti priori casu cum ipso fideicommisso sunt restituendi vocato proximiori, secus ac posteriori, qua tacita prohibitio non videtur impedire interim translationem dominii *Besold* *civ. l. n. 134.* Illa quoque utilitas inde emanat, quod in expressa prohibitione confiscatio nullum locum inveniat, secus ac in tacita, ubi interim, quamdiu gravatus vivit, fiscus bona occupat & exinde fructus lucratur *Alciat. conf. 650. Cephal. conf. 153. n. 30. vol. 2. Petra cit. l. n. 10.* ubi & alias differentias in sequentibus adjungit. Ex hisce jam optime monet *Nicol. Betsius de pact. famil. ill. c. 4. p. 62.* consultius esse, ut, quamvis constitutioni fideicommissi alienationis prohibitio insit, tamen in super in dispositionibus hisce ad familiæ splendorem constitutis omnes omnino alienationes declarentur disertis verbis nullæ, adiectis clausulis penalibus annullativis & executivis, ut nempe ille, qui hujusmodi alienationem attentaverit, jure suo cadat liceatque proximioribus agnatis vel propria vel judiciali autoritate rei alienatae possessionem apprehendere, simulque judex imploretur ut absque ullo strepitu judicii, declarando alienationem nullam, suam auctoritatem interponat, man-

*Monitum  
N. colai  
Betsii lau-  
datur*

mandataque poenalia eo nomine statim decernat. Addit *Clausula*  
 præterea prælaudatus Betsius *cit. l. p. 64.* etiam hanc *constituti*  
*cautelam, ut simul clausula constituti possessorii adj-*  
*iatur, quod hunc affectum habebit, ut agnati proxi-*  
*miores statim remediis possessorii uti, & ita faciliori*  
*via ad alienatorum bonorum possessionem perveni-*  
*re queant.*

§. 32. Cæterum commendat quoque hic illam *Clausula*  
*cautelam Knipschild. de fideic. famil. c. 6. n. 382.* ut scil. *de jurata*  
*institutor fideicommissi expresse illam clausulam promis-*  
*prohibitioni adjiciat, quod scilicet quilibet successor sione ab*  
*teneatur jurato promittere, se leges & conditiones fi-*  
*deicommissio adjectas servaturum, nunquam bona ul- herede*  
*la' alienaturum, ad quam conditionem adimplendam prestatia.*  
*tunc merito adstringendus successor, & ita eo fortior*  
*erit prohibitio. Non inutile quoque foret, clausulam*  
*mutua hypothecationis hic adjicere, quam commen-*  
*dat Betsius *cit. l.* ut scilicet quilibet possessor in bona mutua*  
*sua propria eo nomine reliquis agnatis hypothecam hypothe-*  
*constituat, quod hunc effectum habebit, ut alienans cationis*  
*temere bona fideicomissio obnoxia ipse cogatur pro-*  
*spicere, ut alienata absque omnionere & impenfis fa-*  
*milia restituantur.*

§. 33. Progredior ad tertium membrum, for- *Nihil o-*  
*mam ipsorum fideicommissorum illustrium confide-*  
*ratus. Equidem jam supra anticipavi, fideicom- mitendū*  
*missa propriæ talia, fieri per ultimas voluntates, imo nibus ul-*  
*utilius & consultius ubique esse, ut ita fiant, quam per timarum*  
*conventiones, hinc tantummodo de propriæ dictis fidei- ex solen-*  
*commissis hic ero sollicitus. Quod si itaque in illustri fa- voluntas*  
*milia fideicommissum fit introducendum, sedulo ani-*  
*mad-*

madvertndum; ne quid omittatur, quod ad solennitates ultimarum voluntatum spectet. Quamvis enim *an solen-*  
*nitates* quidam dubitent, an in ultimis voluntatibus Principū, Comitum, aliorumque Statuum imperii solennitates *necessaria* juris Romani sint necessario adhibendæ, sufficere, *in testa-*  
*mentis il-* putantes, si meri juris G. requisita in illis observata, fuerint, ac jure militari sua elogia conscriperit arg. l. si *tus trium?* consul. 3. ff. de adopt. l. ex imperfecto 3. l. omnium 19. C. de Testam. Dauth. de Testam. n. 435. Decius, cons. 516. num. 3. Mertin. de Legitim. 5. tit. 2. qv. 7. n. 2. Limn. 4. de J. P. c. 8. n. 177. Prukman. de Regal. cap. 4. membr. 3. effect. 1. n. 5. seqq. Besold. p. 4. cons. 150. n. 1. seqq. Tamen hæc sententia praxi communi haud congruit, & texus allegati de imperatore loquuntur; Principum vero alia ratio est, cum hi legibus civilibus non sint liberati, sed inter se utantur jure communi, unde & hos ad solennia testamentorum obstrictos esse prolixè probat Dn. Eyben. in diff. de Testam. princ. vel com. imper. th. 18. Imo testatur Rosenthal. defend. c. 12. concl. 10. n. 15. se plurima testamenta Electorum, Ducum, Principum, ac Comitum Germanorum vidisse & legisse, in quibus semper solennia juris adhibita. Et si vel maxime daremus, secundum principia juris testamenta hæc absque ulla alia solennitate subsistere posse: nemini tamen autor savorve forem, de non adhibendis hisce solennitatibus, saltim ne ansa litibus & controversiis post mortem defuncti detur, quod ipsum monet sedulo Besold. de Reg. success. diff. 2. n. 11.

*Fideicom-* §. 34. Habent tamen fideicommissa laxiorem & beni-  
*missa solo* gniorem naturam præ ipsi testamenti heredis institu-  
*nutu* tionem directam continentibus (1) cum quod in aliis te-  
*conficiun-* sta-  
*enr.*

stamentis adesse debeat declaratio' ultimæ voluntatis expressa , adeoque signis aut nutu perfici non possit, tamen fideicommissa solo etiam nutu conficiantur .  
nutu 21. ff. de leg. 3. quo casu tamen omnino attendendum, utrum testator fari possit, nec ne ? Quodsi enim per naturam fari nequeat, nutu relictâ fideicommissa haud subsistunt Dauth. de Test. §. 195. Barrus de success.

lib. 8. c. 2. n. 9. Manz. de Testam. tit. 2. n. 291. Mantica de Annutus conject. ult. vol. lib. 6. c. 4. n. 1. & 2. Imo minus secura ad intervidetur hæc disponendi ratio, cum nutus ordinarie præsupponat interrogationem alterius, quæ quidem non simpliciter alterius testamentum vitiat Carpz. p. sufficiat, 3. C. 5. def. 4. 5. c. 6. interim tamen facile suspicionibus ac suggestioni ansam præbent. Pistor. observ. 4. num. 4. Quin quod tales dispositiones debeat nostra voluntatis sententia esse; & quidem certo declarata, quæ omnia in nutu cessare videntur. Cautela itaque hoc casu e- rit, ut attendamus, utrum prius testator voluntatem suam expresse jam declaraverit, & postea ad interrogacionem, an hæc sit ejus voluntas ? solo nutu responderit, quo casu fine dubio valet fideicommissum, an vero tertius testatoris injussu testamentum fecerit & eum de super rogaverit, quod subsistere nullo jure poterit Hartm. Pistor. cit. l. Carpz. c. l. def. 4. n. 7. Jul. Clar. lib. 3. sent. §. testam. qu. 37. n. 3. Zaf. lib. 1. cons. 3. At- tendendum quoque porro ad personam interrogantis, endum ad quæ si suspecta est, nutus nihil operabitur; Sic enim personam vehemens inde exsurgit suspicio, quod testator potius responderit, quam quod talis ejus sit voluntas. Jul. Clar. cit. l. num. 6. Carpz. cit. l. def. 6. Petr. Peckius de testam.

*conjng. lib. 1. c. 9. n. 8. & c. 17. per tot. Jacob. Cancerius  
var. Resolut. p. 1. c. 4. n. 4.* Multo magis hoc attenden-  
dum erit in fideicommissis familiæ, ubi quo eviden-  
tior & expressior voluntatis adest declaratio, eo mi-  
nor ratio dubitandi circa succedendi ordinem; quam-  
vis si constet, quod voluerit, ne bona extra familiam  
alienentur, & ita interrogatus nutu hoc postea coram  
testibus afferuerit, sufficiens conjectura fideicommissi  
introducendi inde oriatur. vid. Mascardus de probat  
*concl. 776. n. 7. Alciat. conf. 484. n. 1. seq. Socin. conf. 43.  
n. 5. in princ. vol. 3. Petr. Ant. de Petr. qv. 1. num. 85. Pe-*  
*guerra decis. 101. n. 5.*

*Quot  
nam te-  
stes re-  
quiran-  
tur.*

*Remediū  
ex l. f. C.  
de Fidei-  
comm.*

§. 35. Quamvis vero (2) ad formam fideicom-  
missorum quoque spectet ut testes adhibeantur, tamen  
non ordinarium testamentorum numerum requirit,  
sed quinarium sufficere apparet ex §. f. 3. ad Sct. Tre-  
bell. L. fin. C. de Codicill. qui tamen adhiberi debent simul  
& eodem tempore Carpz. p. 3. c. 4. def. 35. n. 23. Brun-  
nen. in l. 22. C. de fideic. In quo rursus differentia occur-  
rit a conventionalibus fideicommissis, ubi non solen-  
nis numerus testium requiritur, sed sufficit constare de  
ipsa conventione, quæ etiam per duos testes sufficien-  
ter probatur.

§. 36. Cæterum si ordinarius testium numerus haberi  
nequeat, utile remedium testatori commendandum oc-  
currit in l. f. C. de Fideic. quod inter cautelas optimo jure  
collocat Laur. Tennin. Rodulph. in tr. de Cautel. caut. 72. n.  
2. & hoc intuitu a Sich. ad d. l. n. 15. provisio Imperatoris  
Justiniani sume utilis præclara & aurea, & a B. Brunne-  
man. ad b. l. n. 5. sancta et Christiano Principe digna-  
salutatur. Scilicet mens hujus Remediū seu provisio-  
nis ex d. l. fin. eo collimat, ut, si testator in præfentia  
ipius

ipsius heredis mandaverit aut idixerit, cuniam ex bonis suis aliquid sit restituendum, heres vinculo iuris adstringatur ad adimplendam ultimam defuncti voluntatem, testibus licet destitutam. Ubi vero heres perfidia tentus negaverit, se tale quid audivisse ex defuncto, juramentum ei tunc imponitur, quo casu aut jurare aut fideicommisum praestare debet. vid. Finckelth. obs. 57. Joh. a Sande *Decis. Frisc.* lib. 4. tit. 5. def. 18. Struv. Ex. 36. tb. 23. Carpzov. p. 3. C. 8. def. 40. & 41. Produxit itaque hanc dispositionem favor fideicommisorum; quia enim jam ante in Legibus caustum erat, in hisce colummodo respici debere ad voluntatem, justissimum arbitratus est Justinianus plenius ultimis defunctorum Voluntatibus prospicere, ne depereat, ultima voluntas testatoris fidei heredis commissa §. f. J. de fideicomm. hered. Colleg. Argent. de Legat. n. 30. in f. Testatur enim ipse Imperator in d. l. ult. C. de Fideic. nimiam subtilitatem requiri, quoties per testium solennitatem res ostenditur.

§. 37. Ut vero in hac dispositione caute testator versetur, non aliter ultimae suae voluntatis desideria, exponat quam praesente herede, & quidem tam corpore quam animo, ut etiam testatorem fideicommittentem audiat intelligative, atque ita totius negotii veritatem percipiat. Aliter enim heredem non adstringet ad præstationem fideicommisi Joh. a Sande *Decis. Frisc.* lib. 4. tit. 5. def. 18. Finckelth. obs. 57. Richter. P. I. dec. 62. n. 22. Ita enim fidem ipsius heredis elegit, ejusque conscientiae commisit, contra quam denegare tunc nequit præstationem fideicommisi sibi injuncti Pantschim. lib. 2. qu. 7. n. 26. Hanc enim prætentiam ipsa

*Presentia  
heredis re  
quiritur.*

ipsa efflagitant *legis ult. verba*, cum' dicitur: *cum ipse sibi testis & judex inveniatur & porro injungitur hereditate necessitas subeundi juramentum, quod nibil tale a Testatore audiverit & porro: si heres persidia tentus adimplere fidem recusat, quæ verba indubitate se fundant in præsentia ipsius heredis.* Imo & ratio svadet, ne aliter quam in præsentia heredis nuncupata dispositio hæc fideicommissaria procedat. Quam facile enim scriptura adulterina substitui, testes subornari, aut aliæ fraudes committi possent, si absente herede talis dispositio absque legitima solennitate effectum haberet conf.

Franzk. ad §. f. 7. de fidic. hered. Anton Thessaur lib. 2.

*absentia* qv. for. 97. n. 2. Dn. Harprecht. tract. acad. 1. c. 4. §. 10. & 11. Cessat itaque beneficium legis nostræ, si heres absens non facit fuerit, quoniam cogi non debet de re sibi ignota jurare Jul. Pacius ad §. f. 7. de Fideic. hered. Harprecht. cit. l. §. 13. Vincent. Fusar. conf. 83. n. 28. Imo si absente herede voluntas testatoris coram duobus saltim testibus enunciata valeret, quid opus foret tot ambagibus tot solennitatibus, quæ certe ita penitus corruerent. Imo si vel maxime demus, epistolam scripsisse testatorem ad heredem futurum absentem, eique injunxit, ne bona hereditaria alienaret, minus secure elogia ultimæ suæ voluntatis conderet, si remotis quinque testibus hanc epistolam scriberet, supplere enim præsentia heredis debet quinarum testimoniū numerum. Quid itaque consilii, si mutus disponere ita vellet? scilicet cum præsenti heredi indicasse voluntatem suffecerit, satis securus erit, si voluntatem suam literis exaratam heredi suo futuro tradat, quia etiam hoc modo satisfactum dispositioni legis ultimæ videtur Dn. Harprecht. cit. l. c. 4. §. 3.

§. 38.

§. 38. Cum autem præsentia ipsius hereditatione videatur omnibus numeris completa, nisi quoque <sup>Heres vi-</sup> testatorem ipse viderit, hinc non tantum curet, ut cum <sup>dere de-</sup> præsente herede loquatur, sed etiam ut ipsum videat, <sup>bet testa-</sup> & heres quoque disponentem. Unde si velum vel <sup>torenz</sup> cortina impedit, quo minus testator fideicommittentem videre possit, nullius momenti erit fideicommissum, non quod hoc ad instar alicujus solennitatis requiratur, sed quod vix aliter commodius fraudes evitari possint, quæ sæpe circa has ultimas voluntates emerger solent, Lauterbach. *de solennit. Test. th. 13* sicuti alias quoq; ipsi testes testatorem videre & audire debent *l. 9. C. de Testam.* Experientia enim docet, alterius sermonem ira ab alio exprimi posse, ut differentia vix ultra appareat vid. Cynus, *ad l. 8. C. de Test.* Dauth. *ad l. 28. C. eod. Richt.* *ad l. 9. qui teſtam. fac. poff. n. 5.* Unde & merito hæc cautela testatoribus commendanda, ne noctis tempore ultima sua condant elogia, Decian. *2. Reſp. 65. num. 21.*

§. 39. Cæterum ut heres quoque disponenti & *An pro-* fideicommittenti solenniter promittat, se velle exacte *missio be-* voluntati ejus satis facere, abundantem cautelam esse *redis re-* putamus. Nihil enim ulterius in *l. f. C. de Fideic.* re-*quiratur* quiritur, quam ut heres præsens corpore & animo fuerit. Evidem non ignoro, plurimos hanc cautelam tanquam necessariam requirere, adeo ut Fusarius *conf. 83. n. 28.* non sufficere existimet præsentiam hereditatis, nisi quoque *ejus* promissio accesserit. Imo rationem decidendi nonnulli in eo querunt, quod cum heres testatori semel promiserit, se yelle ejus voluntatem adimplere, non amplius possit contra fidem da-

tam venire, Bartolus ad l. nemo potest ss. ff. de legat. 1. Hodierna in addit. ac decis. surdi 149. Stephan. Gratian. discept. foren. tom. 4. c. 60. n. 32. Ripa ad l. 51. ff. de legat. 1. Anton. Peregrin. de Fideic. art. 54. n. 5. Verum hanc interpretationem nec verba textus, nec indoles ultimorum voluntatum recipiunt. Nulla enim fit mentio in textu hujus promissionis, quæ tamen, si necessaria fuisset, omnino exprimi debuisset. Imo & cum alias ultimæ voluntatis dispositiones sint solitariæ & ab unius dispositione dependentes, cur contra ordinariam juris Fideicommissarii naturam hic supponere vellemus promissionem heredis? Merito itaque hanc sententiam rejiciunt Vasilius de success. lib. 3. §. 23. n. 5. Pantchman. qv. 7. n. 19. Christoph. Befold. p. 3. conf. 107. n. 9. Mantica de conject. ult. vol. lib. 2. tit. 13. n. 5.

§. 40. Quodsi plures habeat testator heredes, sive ex testamento sive ab intestato, tunc velut omnes fideicommissum præsent, desiderat, vel non omnes. Priori calu omnino caueat ut etiam omnes præsentes fint; quodsi enim tantummodo quidam præsentes, quidam vero absentes fuerint, & generaliter dixerit aedes suas restituendas esse Mevio, haec tenus quidem præsentes gravati censentur, ut pro portionibus hereditariis fideicommissum præsent, sed absentium respectu fideicommissum non subsistet; horum enim fideli non potest dici commissum eo modo, quo id leges requirunt, scilicet ut ipse heres audiverit, debet enim jurare, se nihil tale a defuncto audivisse quod omnino facere potest. Imo omnia illa, quæ in cit. l. supponuntur, de absentibus prædicari nequeunt. Et quamvis unus aut duo heredes confiteantur, in præsentia eorum

*Promissio  
non re-  
quiritur*

*An plures  
heredes  
omnes  
præsentes  
esse debe-  
ant?*

rum testatorem ita disposuisse, tamen hac confessione  
sibi quidem præjudicant, non vero coheredibus, quibus  
absentibus absque legitimo testium numero nihil in-  
jungi poterit, vid. Richter. part. i. de eis. 62. num. 32. inf.  
Dn. Harprecht. tr. i. academ. de Remed. legis ult. C. de fideic.  
c. 5. §. 27. Præstant igitur heredes præsentes hoc casu si *quid si*  
deicomissum pro rata, non in totum; neque enim, ut *tantum*  
illi soli id præstarent, testator voluit, neque ut etiam ab *quidam*  
absentibus præstetur injungere potuit: modo tamen *præsentes*  
fideicommissum ejusmodi recipiat divisionem; alio-*fuerint?*

quin enim singuli in solidum teneri videntur l. ii. §. 23.

§ 24. de leg. 3. ibique B. Dn. Brunnem. Posteriori casu  
si quidem omnes præsentes sint, præcisè exprimat, cui-  
nam hoc onus imponere velit; alioquin enim si in-  
definite locutus fuerit, omnes heredes gravati viden-  
tur. Possunt autem quidam ex heredibus gravari sub  
duplici denominatione, vel nomine proprio, vel appella-  
tivo, ex qua diversa denominatione tamen diversa  
juris decisio oritur. *Quod si* enim testator velit, ut  
secundum proportionem hereditariam, cum forsan  
in testamento ex partibus inæqualibus sint scripti  
heredes, prætent fideicommissum, nominet eosdem  
denominatione appellativa: si vero pro virili, utile,  
est, ut nomina eorum proprie exprimat: ita enim  
non videtur respexisse ad partes hereditarias l. 24. ff. d.

V. & pup. substit. l. 124. ff. de leg. i. Mantica de conject. ult.  
vol. lib. 8. Tit. 2. n. 5. Donell. lib. 8. c. 29. ibique Hillig. lit. E.

B. Dn. Brunnemann. ad cit. l. 24. Struv. Ex. 33. lib. 20. confessio

§. 41. Cæterum cum facile per mortem subita-  
neam heredis, cuius conscientia a testatore quid com-  
missum, confessio ejusdem exprimare possit, caveat o-  
mnini vendum.

minino fideicommissarius, ut mature heredem ad confessionem adigit vel in judicio vel extra judicium, modo legitima confessionis requisita hoc casu adsint, de quibus vid. t. t. ff. de confess. quo casu heres fiduciarii ad praestandum tale fideicommissum eodem jure tenetur. Quodsi vero heres absque ulla confessione mortuus fuerit, tunc habet locum regula: Tibi non deficit jus sed probatio l. duo sunt Titii 30. ff. de Test. Tut.

*Negans  
heres ju-  
rare de-  
bet.*

§. 42. Quodsi jam haec omnia caute observata fuerint a defuncto, tunc secundum l. ult. C. de fidelic, necesse habet heres vel sacramentum subire & omni inquietudine se relaxare, vel si recusandum existimaverit sacramentum, omnimodo exactioni fideicommissi subjacet. Quodsi itaque plures adfuerint heredes, quorum omnium fidem testator elegit, consultum est, ut omnibus quoque fideicommissarius deferat juramentum. Nam si uni tantum, & hic illud praestare recusaverit, ille quidem sibi prejudicat, non vero etiam coheredibus suis. Sicut enim confessio unius heredis, quod ex testatore tale, quid audiverit, non onerat ceteros coheredes, qui absentes fuerunt, ut supra §. 40. dictum, ita multo minus gravare poterit reliquos coheredes recusatio jumenti. Quodsi itaque omnibus fuerit delatum, tunc vel omnes praestare hoc debent Carpz. p. 3. C. 8. def. 40. vel si recusent, ad præstationem fideicommissi adstringuntur, dummodo fideicommissarius antea juramentum calumniæ præstiterit §. f. 7. de fideic. Hered. cum illud juramentum heredibus delatum sit judiciale, Si chard. ad l. ult. C. de Fideic. n. 14. Franzk. ad cit. §. ult. Cz. cit. l. n. 6. & 8. Struv. Ex. 36. tb. 23. quodsi enim fideicommissarius hoc ipsum juramentum præstare reculet,

prin-

principale ab heredibus præstandum habetur pro præflito imo pro remisso, ut heredes ad præstationem hujus fideicommissi non sint obligati, modo heredes a fideicommissario etiam id exigant l. 34. §. 4. ff. de jure.  
Richter. decis. 62. n. 27. seqq.

§. 43. Supereft ut de effectibus potioribus fidei- De effectu  
commisſorum illuſtrium conſtitutorum quædam ad- remissive.  
damus. Ubi quidem illud jam prælibavimus ſupra,  
diſpoſitionem de tali fideicommiſſo poffefforibus o-  
mnino eſſe interdictam, ſive expreſſe prohibiſio con-  
ſtitutioni fideicommissi acceſſerit, id quod utilius, per  
ea quæ ſupra jam dicta ſunt, ſive tacite exinde colligi  
poſſit. Quandoquidem vero de hoc illuſtri effectu  
jam ſupra latis actum eſt, & quoque in cap. ſeqventi  
haec omnia pluribus adhuc illuſtratuſus ſum, brevi-  
taſtudio de hoc ipſo nihil ulterius hic addam. Quod  
vero cæteros effectus attinet, qui respiciunt ſucceſſio-  
nem & juſ fideicommissariorum, illi magis ad fidei-  
commissa jam conſtituta pertinēt, de quibus tamen  
hic non adeo ſumus ſolicii, cum unice de conſtituen-  
diſ horumque jure agamus.

---

## CAP. II.

DE

### DIſpoſITIONE CIRCA FIDEICOM- MISSA ILLUSTRUM

§. I.

J Amjam dictum eſt fideicommissa illuſtria hunc Fideicom-  
habere effectum, ut etiamſi Claſſula de non alie- missa illu-  
nando iis non fuerit inſerta, tamen diſpoſitioni ſtria alie-  
heredium fiduciariorū non ſint ſubjecta. Dum nari re-  
F 3 enim queunt.

enim testator oneri restitutionis hæc bona subjicit, merito tenderet alienatio in reliquorum, qui sunt de familia, præjudicium, quibus tamen jus ex primi disponentis providentia est quæsitum Cacheran. *Idem*. *decis. pedem. 85. n. 18. Decian. conf. 52. n. 5. vol. 1. Hondoned. vol. 1. conf. 33. n. 19.* Merito huc itaque applicandum, quod Justinianus in *l. ult. §. 1. C. commun. de Legat.* & fideic. eleganter præcipit, inquiens: *Nemo itaque heres ea qua per legatum vel pure vel sub certadie relicta sunt, vel que restitui alii disposita sunt, vel substitutioni supposita secundum veterem dispositiōnem putet in posterum alienanda vel pignori vel hypothecæ assignanda vel mancipia manumittenda, sed sciat, hoc quod alienum est, non ei licere, utpote sui patrimonii existens alieno juri applicare.* Hisce deinde hanc subjicit rationem: *quia satis absurdum sit & irrationabile, rem quam in suis bonis pure non possidet, eam ad alios posse transferre vel hypothecæ pignorisve nomine obligare vel manumittere.* & NB. *ALIENAM SPEM DECIPERE.* Et quidem hæc prohibitio legalis eo fortior est, quam illa qua sit per nudam conventionem, quia illa dominii translationem impedit, non vero hæc *l. peto 69. §. 3. l. 77. §. 27. de Leg.* 2. *Hering. de fideic. c. 1. n. 88. seqq. Vinc. Fusar. de fideic. qv. 717. n. 19. Rivin. conf. 143. n. 12. lib. 1. Roland. a Valle conf. 33. inf. lib. 1. l. sita quis 135. §. 3. ff. de V. C. Natta conf. 474. n. 7. vol. 2. Beust. in *l. admonendi ff. de jurej. n. 872. Gail. 2. obs. 16. n. 5. seqq. Besold. conf. 83. n. ns.* Quicquid itaque prohibitum est in genere alienari, illud quoque prohibitum censetur quoad singulos actus per quos alienatio continet, quos latissime excutit Knipisch. *de fideic. famil. c. II. n. 38. seqq.**

§. 2.

§. 2. Cum vero in rebus moralib[us], ubi infinitæ circumstantiæ circa negotia accidere solent, nulla regula tam universalis, quæ non suis sit obnoxia exceptionibus; ita quoq[ue] haec de prohibita fideicommissorum alienatione doctrina comparata est, ut quasdam exceptiones justis ex causis admittat, ubi disponendi facultas de rebus fideicommisso subjectis non videtur exclusa. Intelligimus itaque per dispositionem circa fideicommissū illustria omnem actum, quo licite & valide a possessore res fideicommisso obnoxia ex causa vel utilitatis evidentia legibus approbatæ, vel imprimis necessitatis urgentis in alium quovis modo alienatur.

§. 3. Ad causas necessitatis referri meretur (1) (1) ex cat[u] Transactio de bonis fideicommisso obnoxii quoties inter agna-sa trans-  
tos ingentes lites & controversiae de tali constitutione actionis  
fideicommissi sunt subortæ l. u. C. de Transact. vid Carpz.  
p. 2. c. 35. def. 18. n. 1. seq. quemadmodum enim trans-  
actiones ad sopiaendas lites multum faciunt. l. 2. C. eod.  
adeoque eo magis adjuvandæ; ita quoque eo facilius  
admittuntur, quoties alter negotium componi nequit.  
Sicuti itaque transactio requirit rem dubiam l. i. C. eod.  
Berlich. p. 2. decis. 263. & quidem vel ob litem jam mo-  
tam vel certo imminentem l. ii. C. eod. l. i. C. de Pact. ita  
quoque circa transactiones de fideicommissis illustri-  
bus idem asserendum esse patet: adeoque utile omnino  
est, ut ipsa controversia litesque circa fideicommissa  
motæ evidenter in ipso Instrumento transactionis  
exprimantur, quo ipso, si imprimis prætensiones  
concertantium expressæ fuerint, urgentissima pro ve-  
ritate rei & negotii militat præsumtio. Seraphinus  
de Seraphinis decis. 742. n. 1. Assertionibus enim nudis  
tran-

quando  
dispositio  
de fidei-  
commisso  
sit licta?

constare  
debet de  
contro-  
versia

transigentium stare omnino periculose videtur, cum nihil facilius esse possit, quam lites ejusmodi fingere, ut saltim per hanc viam ad alienationem per indirectum pervenire queant, Urceol de *Transact.* qu. 43. n. 14. Merlinus *decis.* 490. n. 4. Imprimis vero tunc secure, transactio celebratur de hisce bonis alienari prohibitis, si Clausula de pracepto judicis accesserit. Knipschild de *fideic. famil.* c. II. n. 102. Nam quamvis alias nemo ad transigendum a judice cogi possit I. *siquis major* 41. C. de *Transact.* Carpz. 2. Rep. 51. n. 19. hoc tamen merito limitandum, quando lis multum est intricata, ut inde pacis & Reip. turbatio metuatur. Gail de *pace* publ. lib. 2. c. 18. n. 9. Berlich. I. *concl.* 7. n. 36. E<sup>3</sup> 38. Dn. Schilter. *Prax. Jur. Roman.* Ex. 9. §. 25. Müller ad Struv. Ex. 6. tb. 54. lii. ff. Knipschild *cit.* I. quod tamen tunc intelligendum, si transactio facta fuerit ex Epistolmate superioris Dn. Praef. in *diff. de jure Epistalm.* c. 4. n. 37. nam si inferior adigere vellet litigantes ad transigendum, justa inde daretur occasio provocandi ad superiorem Schilter. *cit.* I.

*An trans-* §. 4. Cæterum quamvis in simplicibus fideicom-  
*missis* facilius admittatur transactio ; tamen & fidei-  
*deicom-* commissis familiae eandem adjudicare possumus,  
*missis fa-* quoties fideicommissarii inter se transigere volunt,  
*milia locū* modo omnes qui ad fideicommissum adspicere possunt  
*babeat?* in transactionem consentiant. Vincent. Fusar. qu. 560.  
*quid juris,* ubi pluribus de consensu exprimendo agit. Dn. Har-  
*precht. tract. Acad.* V. §. 25. Equidem ad præcavendū  
*si trans-* non raro a testatoribus seu  
*actio pro-* primis fideicommissorum institutoribus solet cautelæ  
*bibita?* loco transactio nominatim inhiberi, quæ tamen judice  
Dn.

Dn. Harprechto *cit. l. §. 26.* parum operabitur, justis causis illam urgentibus præsertim si illæ Reipubl. favorem & tranquillitatem respiciant conf. Galer. de Res. nun. *renunc. 44. n. II.*

§. 5. Ut vero caute transactio talis instituatur *Inspectio*  
præter illam, quam §. 3. innuimus observationem, re-*tabularū*  
quiritur, ut transigentibus de ultima voluntate pri-*hoc casu*  
mi institoris accurate constet ex inspectione tabula-*requiri-*  
rum 1. 6. *ff. de Transact. l. I. §. 1. ff. testam. quem adm. aper. tur*  
*Gail. 2. obs. 139. n. 10.* Cui inspectioni verborum testa-*arg. d. l. 6.*  
menti ne quidem renunciari posse volunt *Sand. t. 4. l. 5. def. 15.* quia juri prohibitivo renunciari  
nèquit: requiritur enim scientia omnium contentorum in testamento, neque sufficit sola credulitas  
vel opinio Mantica *de conject. ult. vol. lib. 26. tit. 2. n. 11.*  
Et cum hæc scientia aliquando etiam aliunde quam ex  
tabularum inspectione sciri possit, inspectio tunc non  
præcisè est necessitatis. Mantica *c. l. l. 24. t. 2. num. 2. B.*  
Dn. Brunnem. *ad cit. l. 6. Surd. decis. 185. n. 3.* Unde omni-  
no utile est hoc casu, ut partes transigentes in instrumento transactionis aperte confiteantur, sibi satis  
constitisse de contentis in ultima voluntate v.g. Daz  
nachdem Sie das Testament gesehen und gelesen/ auch  
was darin geordnet/gnugsam erkant und überleget/ sie  
sich folgender Gestalt vergleichen Joh. a fande *decif. Fris.*  
*lib. 4. t. 5. def. 15.* Dn. Præses de Caur. *contr. Sect. 3. c. 7. §. 5.*  
*ubi & §. 6.* cautela suppeditatur, si aliunde quam ex ipsa  
inspectione sufficientem notitiam contentorum testa-*menti transigentes habuerunt, conf. Sichard. ad l. 19. C.*  
*de Transact. n. 7. Fusar. qu. 594. n. 4. seqq.* Quod vero qui-  
dam clausulam hanc: *viso & cognito testamento tan-*

G

quam

*An necessario ex-  
primendum in  
transac-  
tione, vi-  
sum esse  
testa-  
mentum?  
Omnes  
conse-  
nti-  
re debent*

quam necessario instrumento transactionis inferendam autem, quos recenset plenius Fusar. cit. l. n. 5. id ex cit. textibus non infertur, modo alias probari possit, transactionem non aliter quam ex scientia certa factam fuisse. Deinde quoque, si non superioris Epistalma diserte transactionem urgeat, & hoc necessarium esse arbitror, ut omnes omnino consentiant; neque enim major pars eorum, qui sunt de familia, præmentum? judicium cæteris contradicentibus afferre posse videatur. Quod enim singulos tangit, a singulis quoque approbandum, & in quo minuitur jus singulorum, omnes quoque consentire debent l. 8. ff. de aqv. & aqv. plur. arc. Dn. Harprecht cit. l. §. 9. Et ita demum firma stabit transactio l. i. C. de Transact.

*Effectus  
transac-  
tionis  
bujus*

§. 6. Quodsi itaque hoc modo caute inita fuerit transactio, non tantum illa stringit præsentes pacientes, sed etiam postea ex illa familia nascituros. Causa enim ob quam inita, necessitatem continet, quæ jus in moralibus tribuit, imo legitime inita transactio non minorem, quam res judicata, habet autoritatem l. 20. C. de transact. sicuti itaque res judicata præjudicat posteris, ita quoque transactio, cum negotia transactione semel sopia non amplius resuscitari debeant l. fratr. C. de Transact. nequidem sub prætextu instrumentorum de novo repertorum l. sub prætextu 19. C. eod. quod tunc imprimis obtinebit, ubi autoritate Principis ejusmodi transactio facta. Ant. Peregr. de fiduci. art. 52. n. 89.

(ii) dispo-  
ni potest  
de fidei-

§. 7. Deinde de bonis fideicommisso obnoxiosis disponi posse pro constitutione dotis, concludunt communiter ex auth. res que C. Commu. de Legat l. mulier. 22. §. 4.

DE DISPOSITIONE CIRCA FIDEICOM. ILLUST. 51

§. 4. ff. ad SCt. Trebell. Nov. 39. c. i. conf. Cœphal. conf. 261. commissio  
n. 22. Gail. 2. obf. 137. n. 17. Petrus Ant. Petra de fideic. qv. dotis cau-  
s. n. 330. Peregr. art. 42. Vinc. Fusar. qv. 131. Knipschild. sa.  
de Fideic. famil. c. n. n. 234. Menoch. l. 4. presumt. 189. n. 2.  
etiam si vel maxime a primo fideicommissi institutore  
expresse Clausula de non alienando fideicommisso fue-  
rit adjecta, cum ratio incit. Novella 39. etiam in hoc casu  
locum habeat: vult enim Imperator, ut illa, quæ com-  
muniter omnibus prosunt, præponantur iis, quæ spe-  
cialiter quibusdam utilia, sunt. Neque enim potuit  
eousque dirigere alienationis prohibitionem, ut ea  
quæ ad paternum spectant officium interdiceret, l. f. C.  
de dot. promiss. vid. Alciat. conf. 644. n. 4. Hier. Cœvallos  
spec. commun. contr. comm. qv. 743. Menoch. lib. 4. pref. 189.  
Fachin. lib. 4. contr. cap. 48. Peregr. cit. l. n. 6. Fusar. cit.  
l. n. 71. ibique allegati. Evidem plures contrarium  
afferrere inveni, præsertim eo in casu, ubi certa res alie-  
nari prohibita est ob dotem favore familiae, quorum  
Doctorum ingentem numerum refert Vincent. Fusar.  
cit. l. n. 67. Verum rationes non admodum sunt præ-  
gnantes & concludentes. Nam quod ajunt, patrem,  
posse prohibere necessitatem dotandi, petitionem  
principii continet, cum in hoc consistat paternum  
officium, a lege ei impositum, l. fin. C. de dot. promiss.  
quod per contraria dispositionem immutari nequit,  
conf. Knipschild cit. l. n. 266. 267. Et sicuti legitima ex  
prohibitione sola testatoris non cessat, nec solvendi æ-  
ris alieni necessitas: ita nec necessitas dotandi, quæ est  
æs alienum & vicem legitimæ continet. Id, cit. l. n. 261.

G 2

§. 2.

*In dote  
constitu-  
enda ser-  
vandus  
modus.*

*Nulla alia  
adesse de-  
hent bona.*

*Bona alie-  
nata verti-  
debent in  
dotem.*

§. 8. Ut autem hoc casu caute hæc dispositio de bonis fideicommisso obnoxii fiat, sequentia observanda. Primo videlicet, ut in dote constituenda servetur modus, videlicet pro conditione & qualitate personarum matrimonio conjungendarum, & secundum regionis conservudinem Fusar. cit. l. n. 163. Parif. conf. 63. lib. 2. Petra cit. l. n. 465. Peregrin. cit. l. n. 78. Neque etiam ut nimium fideicommissaria bona hoc onere graventur, attendendum, quod facile fieri posset, si fœmina virum sibi imparem duceret, quo casu alias dos major pro conditione viri constituenda. Parif. conf. 63. n. 55. In dubio respiciendum esse volunt ad alias fœminas in illa familia, qualis dos illis fuerit constituta Thesaur. dec. 192. Menoch. conf. 146. n. 6. Deinde ut nulla alia bona adsint, unde commode filia dotari possit Petr. Ant. de Petra de fideicr. c. 8. n. 455. Cum hæc dispositio tantum sit subsidiaria Menoch. conf. 95. n. 133. Cephal. conf. 10. n. 19. § 43. Honded. conf. 76. n. 15. Fusar. cit. l. n. 121. Knipschild cit. l. n. 66. Denique animadvertisendum quoque, ut pretium ex rebus fideicommissariis venditis in causam dotis revera convertatur, & hoc legitime probetur; neque enim sufficit asservuisse in instrumento, dispositionem de fideicommissariis bonis esse factam ob causam dotis, cum ita fraudes facile committi possint. Unde de ipsa versione in causam dotis omnino solliciti sint contrahentes, & ut de illa postea legitime constare possit, omnino current. Peregrin. cit. l. n. 79. conf. Gallus de Except. tit. 2. except. 4. n. 93. §. 3. Ubi asserit, gravatum teneri probare, se tempore venditionis habuisse filias nubiles, easque nuptui fuisse traditas, & i pretium alienorum honorum fuisse in dotem conversum. §. 9.

§. 9. Cæterum etiam eandem dispositionem de *An etiam bonis fideicommissariis tunc admittunt Dd. ubi agitur pro dote de dote restituenda, nec alia adfunt, ex quibus dos restituens possit restitui.* *Petra de Fid.* qv. 8. n. 349. *Ludov. Molin. de d'bona si Hispan. Primog.* c. 6. n. 7. *Simon de Præt. de interpret. ult. deicomm. vol. lib. 4. dub. 12. fol. 439.* *Menoch. Arb. J. Quest. cas. 182. n. alienari 69.* *Fusar. cit. l. qv. 532.* quod etiam haud obscure ex No possint? *vell. 39. c. 1. colligi posse videtur, Knipschild c. 1. n. 245.* quod tunc facile concedo, si agatur de dote mulieri ipsi restituenda, quia hac ratione restitutio hæc ipsi uxori facienda, alias insignia privilegia habet veluti, tacitæ hypothecæ & prælationis & quod stipulatio pro dote reddenda jure plane extraordinario fit b. f. l. un. §. 1. C. *de R. U. A.* Imo major favor occurrit in ejus restitutio-  
ne, quam ejus constitutione. Unde si pro ejus con-  
stitutione fideicomissa alienari possunt, non video,  
quare non etiam pro ejus restitutione eadem alienari  
possint. Hoc certe indubium, constare debere de vera  
dotis illatione. Quando enim plane de illa non con-  
staret, & forsan postea esset factum instrumentum do-  
tis in fraudem bonorum fideicommissariorum, quis di-  
ceret, tunc disponi posse de bonis fideicomissis ob-  
noxiiis. *Peregr. cit. l. n. 83.* Quid itaque dicendum de  
dote confessata, non realiter illata? Equidem hoc casu  
bona hæc alienari non posse volunt *Fusar. cit. l. n. 23.*  
ibique allegati, quod illa, quæ introducta sunt, contra  
regulas juris in favorem dotis tantum locum habeant  
in dote vera, non in confessata. Verum dubito de  
hac sententia, cum confessata dos habeat effectus o-  
mnes veræ dotis, nec præterlapsò legitimo tempore  
non amplius disputari possit de non numerata dote,

*An etiam  
pro dote  
confessata  
restituen-  
da?*

## 54 CAP. II.

modo alias, ut dictum, fraus mariti, absit, vid. Gallus  
de Except. p. 3. tit. 2. exc. 4. n. 68.

*An pro donatione propter nuptias?*

§. 10. Cum vero donatio propter nuptias dotiæ equiparetur l. 20. pr. C. de Patr. convent. idem privilegium, quod doti hac in re tributum, etiam in Nov. cit. 39. ad donationem propter nuptias extensum conf. Gail. 2. obs. 137. n. 17. Berl. p. 2. concl. 13. n. 47. Fusar. qv. 533. quod tamen itidem intelligendum, dummodo non supersunt alia bona, quia hæc dispositio est tantum subsidiaria. Et quod alias in dote congrua observandum, hic quoque non negligendum, cum quoque dispositio hæc restringenda ad donationem congruam.

*An frater ob dotem sorori constituenda disponere possit de fideicommisso.*

§. 11. Cæterum antequam ad alios casus hic abeamus, ubi dispositiones de bonis fideicommissariis sunt indultae, non intactam puto relinquendam esse illam quæstionem, an etiam frater illustris pro dotanda sorore possit ita disponere de hisce bonis? Equidem id communiter concedunt, ex hac pervasione, quasi frater in casu, si soror sit inops, & absque dote honeste nubere non possit, ad dotem teneatur in subsidium, ex l. 12. §. 3. ff. de admin. tut. ubi dicitur: sed non dabis dotem sorori alio patre nata, licet aliter ea nubere non possit. Unde inferunt, quod sorori Germanæ & consanguineæ utique ad dotem teneatur, Michalor de Fratribus p. 3. c. 33. n. 2. Tiraquell. de jure primog. qv. 62. n. 1. Knipschild cit. l. n. 303. verum omnino dubito de hac decisione; falsum enim est suppositum, quod ex cit. l. 12. inducunt communiter, cum constet argumentum a contrario sensu fallax esse, vid. Dn. Præl. de Act. For. in-vestig. S. I. Membr. 2. §. 25. in f.

§. 12.

§. 12. Sicuti vero quilibet juri suo renunciare potest, ita quoque non dubium, quin Possessor fideicommissi de bonis hisce disponere possit, si consentiant alienationi illi, in quorum favorem prohibita est alienatio *l. quoties n. 11. C. de fideic.* Diserte hoc afferit Paulus in *l. 120. §. 1. de Leg. 1.* inquiens; *Omnibus quibus fideicommissum relatum est ad distinctionem consentientibus,* nullam fideicommissi petitionem super futuram conf. Gail. *2. obs. 139. n. 10.* Hoc enim in jure regulare est, ut consentiens alienationi rei, in qua jus habet, sibi præjudicet *l. 4. §. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. 2. C. si advers. donat. conf. Mantica de tacit & ambig. convent. lib. 23. tit. 20. n. 23.*

Quin quod consentiens alienationi habeatur pro alienante Fusar. *de fideic. qv. 560. n. 1.* Decius *conf. 448. n. 29.* Petrus Ant. de Petra *de fideic. qv. 14. n. 9.* Ut itaque hoc applicemus ad fideicommissum illustre, ubi manus & plurimorum in alienando præjudicium versatur, majori certe cautione ibi opus. Primum itaque necessarium est, ut omnes, de familia qui sunt, & in quos fideicommissum aliquando devolvi potest, etiam remotiores, consentiant alienationi. Nam si tantum quidam, proximiores forsitan, consensum præbuerint, prædictum sibi sine dubio per præstatum consensum præjudicant, sed non aliis, Peregrin. *de Fideic. art. 52. n. 94.* Gallus *de Except. p. 2. tit. 4. Exc. 26. n. 68.* Intrigliol. *de subst. cent. 3. qv. 73. n. 13.* Quamvis vero forsitan securius sit, ut talis agnatorum consensus expresse interveniat, cum sic eo minus de eo dubitari potest, tamen quin tacitus quoque idem operetur, nullus dubito, Vultejus *de feud. lib. 1. c. 10. n. 64.* Hic vero omnino cavendum, ut factum, ex quo consensus tacitus sufficiat.

*III) Dispositio de fideicommisso est hinc citata, si fideicommissum relatum est ad distinctionem consentientibus, sensus accedit.*

*IV) Quatenus tacitus consensus sufficiat.*

inferendus seu colligendus sit, concludens & tale quod  
 non posit non consensum in alienationem contine-  
 re: alioquin enim non secure disponet de hisce bonis.  
 Hinc sicuti agnati subscriptentes contractū alienationis  
 injure feudalī non simpliciter pro consentientibus ha-  
 bendi, quia ut testes hoc fecisse præsumi possunt, adeo-  
 que hoc casu omnino necessarium est, ut adjiciatur  
 se ut agnatos consensisse. Struv. *Syntagma jur. feud. c. 13. i. b.*  
*19. n. 1.* Anton. *jus feudal. disp. 10. th. 6. lit. b.* Koppen *decis.*  
*4. n. 73.* Hartm. Pistor. *p. 2. qv. 7. n. 11. seqq.* ita quoque  
 idem dicendum esse de subscriptione instrumenti alie-  
 nationis, ubi de transferendis bonis fideicomissariis a-  
 gitur, existimo. Est enim commune Dd. assertum, ipso  
 jure alienam obligationem subscriptentes non teneri ex  
 nudo actū subscriptionis Colerus *de process. Executivo*  
*p. 3. c. 1. n. 127.* præsertim si subscriptentis in instrumen-  
 to non sit facta mentio Carpzov. *pag. 2. Conf. 20. def. 9.*  
 Et frustra hic dissentientes provocant *ad l. 26.*  
*§. 1. ff. de pignor.* quam pro hac sententia videtur ad-  
 duxisse Knipschild *de Fideic. fam. c. 11. n. 384.* cum ibi  
 non agatur de nuda subscriptione, sed potius de qua-  
 lificata h. e. tali quæ ideo adhibita, ut patet eo ipso con-  
 sensum suum declareret, de qua re hic non adest quæstio-  
 presentia. Unde minus secure sine dubio quoque de bonis hisce  
 consensus disponeret, qui in præsentia eorum, qui sunt de fa-  
 milia, vellet disponere, existimans sufficere modo præ-  
 sentes non contradixerint, uti docent Petra *qv. 8. n.*  
*534.* Knipsch. *cit. l. Cephal. conf. 318. n: 31.* ex vulgato af-  
 ferto, quod tacens præsumatur consentire Menoch. *ib.*  
*6. pres. 38.* Quid enim si fortuito intervenirent? An-  
 non potius dicendi sunt voluisse evitare invidiam &  
 odium contradictionis? Nonne potuere filere salvo jure  
 suo,

an sola  
 subscri-  
 ptio suf-  
 ficiat

an ex sola  
 presen-  
 tia  
 consensus  
 induca-  
 tur?

suo, cum forsan occasio contradicendi non adesset? conf. l. 8. §. 1. de procurat. l. 5. de servit urban. pred. l. 8. §. 15. ff. quib. mod. pign. solv. Hartm. Pistor. cit. l. n. 1. seqq. Neque obstat, quod agnati dolo videantur fecisse, quod non contradixerint; nam hoc in dubio non præsumitur, adeoque ante omnia probandum, quod tamen difficile est. Rosenth. de feud. c. 9. concl. 78. n. 13. & 14. Neque Knipschildio patrocinatur l. quotiens ab omnibus n. C. de Fideic. quia illa plane hunc non tangit casum, sed in genere excludit a petitione fideicommissi eos, a quibus venditio celebrata est: sed vero peritio principii est, an etiam a præsentibus & tacentibus celebrata fuerit emtio venditio. Multo minus contrarium probat l. cum pater 77. §. 27. ff. de leg. 2. nam & ibi supponitur alienatio ab omnibus, qui sunt de familia, facta, de quo causa nullum dubium superest.

§. 13. Merito itaque hoc casum requiritur, ut ultra præ-<sup>Ultra</sup> sentiam aliquid dictum vel factum ab illis sit, ex quo præsenti- consensus colligi & argui possit. Peregrin. art. 52. n. 45. am agna Alciat. conf. 132. n. 11. Fusar. qu. 560. n. 23. Rosenth. de torum a- feud. cit. l. n. 15. Hartm. Pistor. cit. l. n. 5. Anton. cit. l. liud fa- p. 276. quo refero casum ex l. exceptione n. C. de Evi&t. Etum re- quando præsentes agnati pro evictione caverunt. Qui quiritur. enim se pro evictione obligat, venditioni utique con- sensum dedisse dicendus, uti dicitur in cit. l. & hactenus recte Knipschild cit. l. monet ex cit. l. colligi posse o- ptimam cautelam, ut quis possit emere bona prohibita alienari extra familiam, si scilicet procuraret, ut venditor daret fidejussorem sibi illum de familia, ad quem jus revocandi spectaret; nam si intercessisset fi- dejussor, omnino excluderetur a revocatione. Por-

ro & illud quoque monendum, ut attendatur qua ratione agnati consenserint. Nam consensus ratione officii v. c. tutorii præstitus, non præjudicat consentienti l. cum quadam 26. C. de Admin. Tut. & curat. Ut itaque censeatur consentire alienationi, consentire debet ut agnatus.

*An liberis  
ita alienatum si-  
deicom-  
missum  
revocare  
possint*

§. 14. De eo vero Dd. graviter concertant, utrum talis universæ familie consensus heredibus h. e. liberis ita præjudicet, ut revocare bona hæc alienata nequeant? Negat hanc quæstionem Knipschild *cit. cap. II. n. 394.* cum pluribus aliis ibi allegatis, adeoque hunc consensum liberis non præjudicare autumat. Adducit pro hac sententia l. peto 69. §. 3. ff. de leg. 2. ex quo illud inferitur, in tali fideicommisso proximum quemque invitatum censi ad revocanda bona alienata, ita tamen ut antecessorum factum præjudicare non debeat successoribus futuris. Deinde communiter Dd. tradunt quando res diserte est alienari prohibita, heredem posse rem alienatam revocare, etiamsi vel maxime alienans pater sit Alex. *conf. 94. n. 7.* Natta *conf. 470. num. 12.* quod ex intentione & dispositione primi institutoris seu fideicommittentis omnibus ex familia sit jus quæsumum, hoc vero ipsis invitatis auferri non possit. Denique quod renunciatio valeat tantummodo in præjudicium renunciantis, non aliorum l. 3. de transact. Quodsi itaque hæc sententia admitti deberet, sane minus secura illa foret dispositio, cum statim liberiposte natillam revocare possent, adeoq; revera cautela hæc quod omnes de familia consentire deberent, esset in- *decisione effectu otiosa.* Cum vero in l. 120. §. 1. de leg. 1. diserte dicatur, consentientibus omnibus, qui sunt de familia, nullam

*gariva*

nullam petitionem supereesse, merito modo omnes ut dictum, consenserint, contrariam sequimur sententiam. Supponimus enim, liberos esse heredes parentū, jam autem vulgatissimi juris est, heredem factum defuncti omnino approbare debere, neque contra hoc venire posse. *l. cum a matre 14. C. de Rei Vind. l. 149. ff. de R. f. unde & in feudis liberi alienationem feudi a patre factam impugnare nequeunt, quia simul in allodio succedere & ita heredes patris esse debent.* *2.F. 45.c. 1. §. filius 2. f. 51. Hartm. Pistor. lib. 2. p. 1. qu. 13. n. 51. seqq. Fachin. 7. controv. jur. 18. Iterrus de feud. Imp. c. 23. §. 13.* Quamvis vero jus circa fideicommissaria bona non dependeat a patre, tamen quia simul heres est, hinc etiam in hisce bonis factum ejus approbare debet. *Cephal. conf. 392. n. 26. seqq. Fusar. qu. 557. n. 1. Fach. lib. 4. c. 1. n. 16.* Et confundit sine dubio Knipschild alienationem illicitam, cum illa quæ jure permittente fit. Nam *n. 409. cit. l. dicit illam alienationem ab heredibus impugnari posse, quæ contra legis præcepta facta, adeoque vel ipso jure nulla, vel operatione exceptionis annullanda.* *l. 7. de agric. & cens. Carpz. p. 2. C. 14. def. 70. n. 9. & 10.* Quanquam enim & hæc assertio multas admittat limitationes & declarationes, tamen hic saltē minus commode applicatur; nam jam supra ex *l. 120. §. 1. de Leg. l. præsupposui*, hanc alienationem fieri jure permittente, imo assistente, cum plane omnem excludat revocandi potestatem. Cum itaque secundum ipsam Knipschildi loc. cit. confessionem commune dogma sit, heredem valido tantum, non etiam invalido facto stare debere, recte inde concludo, etiam liberos hoc casu merito esse excludendos a petitione fideicommissi, tanquam licite & vali-

de alienati. Evidem hoc certum est, alteri jus non esse auferendum, quod etiam urget Knipsch. n. 415. Verum quodnam jus habent qui nondum existunt? Et cum ita per consensum universæ familie generalem fideicommissum exspiret, illi postea nati nullum jus amplius prætendere possint, quippe quod ipsis utilitatem tamen forsan haeccautela est, ut hoc casu consentient facere *li-tes* expresse mentionem heredum suorum faberorum. ciant, & ita simul diserte pacificantur, nec liberos suos postea nascituros unquam admittendos esse ad revocandum tale fideicommissum. Sicut enim hoc admittunt in renunciatione hereditatis Ant. Fab. in C. lib. 2. t. 3. d. 2. n. 10. seqq. & def. 16. Carpz. p. 2. c. 35. def. 12. Dn. Præs. de success. ab intest. diff. 8. c. 10. §. 79. ita quoque idem addmittendum in hoc casu censeo. Et pro hac sententia pugnant Fusar. qv. 560. n. 10. Menoch. Lib. 1. cons. 58. inf. Cephal. cons. 593. n. 168. Hartm. Pistor. lib. 2. qv. 9. n. 8. Decian. cons. 55. n. 87. Fach. 5. controv. cap. 19.

*Anex di-* Peregrin. art. 33. n. 2. seq. Rol. a Valle cons. 30. & 71. n. 14. *visione* §. 15. Cæterum non raro coutingere solet, ut pater plures habens filios ita disponat, ut quidam ei sint heredes, sed tamen simul eosdem fideicommissis gravet, prohibeatque, ne bona unquam extra familitate re- liam alienentur, ubi quæstio oritur, si patre mortuo missio in postmodum liberi haud ignari fideicommissi bona ducatur? inter se divisorint, an ex illa divisione tantum inducatur pactum de remittendo fideicommissio? Video hic Dd. non una decisione absolvere hanc quæstionem, & quidem haud incongrue, cum diversa dentur fideicommissa: sunt enim alia fideicomissa pura alia conditionata. Illa dicuntur ubi testator per modum principia-

*DE DISPOSITIONE CIRCA FIDEICOM. ILLUST.* 61

cipalis dispositionis bona in familia sua conservari de- *Fideicom-*  
bere disponit l. 32. §. 6. de Leg. 2. l. 77. §. pen. eod. vel ubi missa alia  
incipiendo non a prohibitione, sed a dispositione ita pura alia  
ordinat, ut bona semper devolvantur ad descendentes *conditio-*  
suos, & ita nunquam alienentur. Vinc. Fusar. qv. 687. *nata.*  
Dn. Præf. tr. de success. ab int. diff. 7. c. 1. §. 17. ubi vero  
solummodo prohibet, ne bona extra familiam alienen-  
tur, nihil amplius prohibitioni adjiciens, conditionale  
constitutum videtur l. 77. §. libertis de Leg. 2. Peregr. de  
fideic. art. 14. n. 10. Joh. Cephal. conf. 330. n. 66. Fusar. qv.  
499. n. 1. Petra de fideic. qv. 5. n. 2. & 7. Dn. Harprecht.  
tract. Acad. 9. §. 5. Dn. Præf. cit. 1. Knipschild de fideic. fa-  
mil. c. 2. n. 33. Ratio differentiae maxime in eo quæri-  
tur, quod in fideicommisso puro seu absoluto ante  
mortem gravati conditio non veniat l. ult. §. fin. C. com-  
mun. de Legat. at conditionale hoc maxime operatur  
ut si a posessore alienata fuerint bona, casus statim  
eveniat, adeoque non expectata morte alienantis, res  
statim vindicari possit l. p. 69. §. fratreff. de Leg. 2. l. filius-  
fam. 114. §. cum pater 15. ff. de Leg. 1.

§. 16. Quibus breviter prælibatis, excussio præsen- *An diffin-*  
tis quæstionis haud adeo difficilis erit. Et si commu- *ctio hac in*  
ni Dd. opinioni inhærere velle, sine dubio elegan- *divisione*  
tem hujus distinctionis usum haberemus. Ordinarie *bonorum*  
enim dicere solent, per divisionem fideicommissi puri *pro indu-*  
remissionem induci, quod hæc divisio sit puro fidei- *cenda re-*  
missio contraria, cum contra in conditionali demum *missione*  
jus existat conditione eveniente, adeoque jus novum *fideicom-*  
superveniat, quod in divisionem venisse dici nequit *missi quid*  
vid. Mascard. de probat. c. 446. n. 12. Menoch. de Præf. lib. 3. oparetur.  
Præf. us. n. 3. Petr. Ant. de Petra de fideic. qv. 14. n. 106. In

eo ergo omnes videntur convenire, quod conditio-  
nale fideicommissum per divisionem non sit remissum.  
Neque enim credendum est, dividentes voluisse re-  
nunciare fideicommissu cuius dies postea cesserit.  
Imo nec jus quod nondum competit, repudiari po-  
test l. qui potest 174. §. 1. de R. I. Cravetta conf. 24. n. 8.  
Faber. in C. lib. 3. tit. 25. def. 1. Gail. 2. obs. 139. n. 1. ibique  
longa serie allegati. Nam non video, ob quam cau-  
sam fideicommissum hoc casu remissum censeri de-  
beat, cum nulla sit repugnantia inter divisionem ho-  
rum bonorum, & jus ipsum fideicommissarium. Quin  
quod jura faveant divisioni ob incommoda, quæ ex  
communione resultare solent, ut adeoque talis divi-  
sio fieri possit salvo per omnia fideicommissu, conf.  
Galerat. de Renunc. cent. 1. c. 44. n. 21. Franc. Nig. Cyriac.  
contr. for. 323. n. 2. Cum itaque in fideicommissu puro  
hæc quoque ratio obtineat, vix est, ut aliquam hujus  
distinctionis utilitatem in hac quæstione admittere  
possim. Reète enim animadvertisit Dn. Harprecht. tr.  
acad. 9. §. 10. posse etiam hoc casu finem hujus divisionis  
esse, ut a communione, quæ mater litium est, receda-  
tur, non vero præcisè, ut fideicommissum remittatur.  
Quamvis hoc casu merito consulerem, ut, quia com-  
munis sententia fere militat pro remissio fideicommissu,  
quæque adeo magnum in foris habere solet pondus,  
addatur divisioni Clauſula: *Salvo per omnia fideicommissu:*  
nam tunc cessat tacita remissio, cum expressa volun-  
tas in contrarium adsit.

*Quid ju-* §. 17. Cæterum fallunt sine dubio, qui cautelæ  
*ris si Clau-* gratia ejusmodi divisioni plures adjiciunt Clauſulas,  
*sula de* & saltim per eas remissionem induci posse auturant,  
uti

uti recte judicat Faber cit. l. Quid enim si dividentes non con-  
 promiserint, se nihil quicquam contra hanc divisionem traveni-  
 austros, an propterea remissio fideicommissi indu-  
 endo divi-  
 renatur? Renunciatio enim non præsumitur, imo nec  
 fioni ad-  
 ad non cogitata extenditur. Quin quod tales Clau-  
 jecta.  
 sulæ plerumque ex consuetudine Notariorum adjici-  
 antur. vid. Michalor de fratrib. p. 3. c. 41. n. 7. Graviter  
 quidem obstat videtur l. qui Rome 122. S. f. ff. de V. obl.  
 ubi fere idem casus vertitur, de quo hic sumus solli-  
 citi; unico excepto, quod in casum contraventionis  
 pœnam dividentes promiserant. Verum uti recte  
 Gothofredus in not. lit. Z. animadvertisit, solam divisionem per se non fuisse idoneum argumentum fidei-  
 commissi remissi, adeoque in illo casu alia adfuisse  
 argumenta, quæ judicem movissent, quasi etiam de  
 fideicommisso transactum fuerit, & ita respondet JCtus,  
 pœnam esse commissam per petitionem fideicommissi.  
 Præsupponitur enim in recensita ibi facti specie, ju-  
 dicem pronunciasse, transactum quoque fuisse de fi-  
 deicommisso, & ex hoc præsupposito infert JCtus,  
 commissam quoque esse pœnam. Cæterum si insu-  
 per alia verba adjecta, ex quibus forsan de remissione  
 sufficiens argumentum induci possit, aliud utique di-  
 cendum videtur, veluti si partes promiserint, daß Sie  
 auf keinerley Art und Weise die nur könnte erdacht oder  
 ersonnen werden / ja unter keinerley prætext, diese  
 Theilung impugniren wollen / sondern die Güther zu  
 vorigen Zeiten bey eines ledweden Eigenthumb und  
 freyen disposition verblesben sollen. Rocca select. disput.  
 jur. Vol. 1. c. 21. n. 24. Dn. Harprecht. cit. l. §. 21. Cum  
 enim hoc casu simul jus disponendi de bonis singulis  
 ex

ex dividentibus per pactum fuerit datum, nihil aliud  
inde concludi poterit, quam tacita fideicommissi re-  
missio Peregrin. de Fideic. art. 52. n. 44. Fusar. quæst. 593.  
n. 14. Sim. de Præt. de interpret. ult. Vol. fol. 372. Menoch.  
pref. 115. n. 66. quanquam Knipschild de fideic. famil. c. 16.  
n. 25. ne sic quidem remissionem admittere velit, quasi  
de omni dispositione non fuerit cogitatum, id quod ta-  
men videtur contrâ mentem dividentium esse.

*Difponi  
quoque  
potest de  
fideicom-  
missis ob  
alimenta.*

§. 18. Cæterum & favor alimentorum facit, ut  
fideicommissaria bona a possessore alienari possint, id  
que diserte provisum in auth. contra cum rogatus C. ad  
SCTum Trebell. ibi : *vel si non habeat unde expensas faciat.*  
Major enim sine dubio est favor alimentorum, quam  
ipsius dotis, propter quam, ut ante innuimus, dispositio-  
nē de bonis hisce fieri potest, unde & causa dotis &  
alimentationis in cit. auth. conjungitur. Surd. de ali-  
ment. qv. 17. n. 32. Petra de fideic. qv. 8. n. 480. Peregrin. de  
fideic. art. 42. n. 87. Menoch. lib. 5. pref. 191. n. 1. Equidem  
respiciendum tunc esse volunt, utrum testator expresse  
de hoc casu disposuerit, ita ut nequidem ex causa ali-  
mentorū bona alienari possint, an vero plane de hoc  
non fuerit cogitatum, ita ut saltim hoc, non vero illo  
casu talis dispositio valida sit. Vinc. Fusar. de fideic. sub-

*Prohibitio* folit. 536. n. 3. Verum cum necare videatur, qui alimen-  
tic nihil ta denegat 1. necare 4. ff. de agnosc. vet alend. lib. & parenti  
operatur. licitum sit in casu extremæ indigentia partum recens  
natum vendere 1. 1. & 2. C. de patr. qui lib. distract. quin  
etiam res alias alienari prohibitæ, uti res sacrae & Ec-  
clesiasticae, hoc casu recte alienari possint 1. sancimus  
21. C. de SS. Eccles. hæc prohibitio non hoc operabitur,  
*ut non recte disponi de hoc fideicommisso possit.* Id  
tamen

tamen omnino attendendum, unde in tantam possessor fideicommissi egestatem redactus fuerit, ut se suam que familiam aliter sustentare non posset? Nam si gravatus filius consumisset legitimam male utendo, vel alias prodige vixisset, vix est, ut ei hoc modo succurri debeat, Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 19. n. 7.* Menoch. *de Arbitr. f. Quest. cas. 182. n. 54.* Caveat itaque hoc casu is, in quem talis alienatio facienda, ut instrumento alienationis inseri curet, causam indigentiae, veluti bellum, rapinam hostium, incendium &c. ne aliquo bona alienata a successoribus ab eo revocentur.

Cæterum an etiam ad alimentorum causam referri *An etiam possint expensæ in studia facienda, merito subdubito, ob sumtus quamvis id pluribus conetur stabilire Knipschild de studiorū?*

*Fideic. famil. cap. II. n. 321.* Evidem, quando queritur an in dubio alimentorum nomine veniant expensæ studiorum; velut si legata sint, tunc quidem distinguitur utrum pacto vel testamento debeantur, an vero ex dispositione juris, ita ut posteriori demum casu illæ comprehendantur *I. 4. ff. ubi Pupillus educar. deb. Dn. Præs. in not. ad Lauterb. tit. de alim. & cibar. leg. verb. studiorum,* verum hæc ad præsentem non videntur applicari posse casum, ubi non eadem necessitas studiorum, quam ipsorum alimentorum, & vero non aliter dispositio de hisce bonis permissa est, quam existente urgenterissimo necessitatibus casu. *Petra cit. I. n. 488.* Admittere tamen Knipschildi sententiam in casu ubi filius esset hoc onere gravatus, & legitima non sufficeret ad has impensas faciendas, quia pater præsumitur, easdem impensas facturus, si vixisset & filii honestam ad studia intentionem animadvertisset, *Menoch. I. 5. pref. 191. n. 12.*

*Dispositio* §. 19. Additur quoque in cit. auth. contra cum roga-  
de fideicomitus C. ad SCf. Trebell. causa redemtionis captivorum, ut  
missa per pro hac licita de fideicomisso sit dispositio, v. c. si fi-  
messa est ius gravatus captus fuerit ab infidelibus. Creden-  
ob redem-dus enim pater testator, filium suum utique magno  
tione mca redempturus pretio, si adhuc esset in vivis. Fufar. quest.  
ptivorum. 334. Rittersh. ad Novell. p. 1. c. 8. n. 34. seqq. Menoch. l. 4.  
pres. 192. n. 1. seq. Molina de Hispan. primog. lib. 4. c. 6. n. 9.

Verum cautus hoc casu sit is, in quem talis alienatio  
facienda, ut inquirat in causam ipius incarcerationis,  
utrum propter gravati delictum seu culpam contige-  
rit, an vero ob infortunium ut in bello. Nam qui ob  
delictum in carcere detruditur, vel propterea quod  
prodigalitate sua temere grande æs alienum contraxerit,  
indignus merito est, ut ei ita extra ordinem succurratur.  
Delinquentibus enim jura non succurrunt. l.  
auxiliu. 37 ff. de Minor l. Fufar. qv. 53. n. 10. Sim. de Præl. de  
ins. apud. lib. V. fol. 73. n. 25. Menoch. lib. 4 pr. s. 192. n. 10.  
præterim si data opera forsitan ad subvertendum ipsum  
fideicomissum contraxerit æs alienum Nov. 108. c. no-  
bis vero. Et denique nullo modo excusari potest, qui  
ipse se in necessitatem conjectit arg. l. 2. §. 8. signis cau-  
tion. Ahasv. Fritsch. de Præsid. Necess. sect. 4. lib. 5. conf.  
7. 3. §. 6. ad SCf. Trebell. Mev. 2. Decl. 368. n. 4. Wilhelm.  
Anton. Freundeberg de Rescript. Monat. iii. 7. concl. 22. n.  
46. Barbof. sub voc. Necessitas p. 496. Licet alias non sit  
imputandum, quod necessitas cogit. Berlich. docis. 97.  
n. 8. & decr. 193. n. 16. Menoch. de Arbitr. J. Quest. cas.  
182. n. 37.

*Ob es alienum atque ob causam æris alieni ab ipso fideicomissi institore*  
§. 20. Ulterius licita de his bonis dispositio erit,  
con-

contraeti. Neque enim prohibere in praetudicium suorum creditorum potuit, ne bona ejus extra familiam alienentur. *l. 69. §. 1. de Leg. 2. l. filius famil. n. 4. §. 14. de Etum.*  
*Legat. 1. Padilla in l. unum ex familia §. si de Falcidia de Leg. 2.*  
*n. 7. Surd. decif. 62. n. 21. seq. Intrigl. de substit. cent. 5. qr. 73.*  
*n. 417. Vincent. Fusar. qr. 541. Knipschild. cit. l. n. 216.* Ut *Cautela  
verò hoc casu quis securius contrahat, videat emtor,  
utrum gravatus adhuc alia bona possideat, ex qui-  
bus debita solvi possint; quodsi enim talia adfint, de his,  
non de bonis fideicommissio obnoxii facienda solutio  
æris alieni. l. poter. 38. pr. ff. de Leg. 3. ibi: recte contractum,  
si non aliud erat in hereditate, unde debitum exsolvisset.*  
 Deinde ad ipsam debiti attendat mensuram, ne scilicet alienatio excedat debiti quantitatem, ne alias postea bona illa ab emtore revocentur pro summa exceedingente. Quid enim si duo prædia gravatus vendiderit, cum tamen ex alienatione unius potuisset creditoribus satisficeri? Peregrin, *de fideic. art. 40. n. 26.* Hieron. Gabr. *conf. 118. n. 5.* Ulterius, quamvis quoque invitis fideicommissariis hæc alienatio fieri possit, adeoq; minus necessaria eorum citatio existat, *l. quipotest in-  
vitus ff. de R. 7.* securius tamen hoc casu procedit emtor, si quoque curet ut carentur fideicommissarii, ut videant omnia geri bona fide. Quid enim si ipse fideicommissarius vellet creditum solvere? Gabr. *cit. conf. 118. n. 8.* Denique utrum speciatim illa res, quæ alienanda est ob æs alienandum, alienari prohibita fuerit. Cum enim tunc non possit illa bona temere alienare, sed potius alia, alienari in specie non prohibita, licet eidem fideicommissio obnoxia, incaute certe emtor mercabitur. Fusar. *qr. 541. n. 19.* Gabr. *cit. l.*

*Consilium, ut ubique judicis decretum & causae cognitio ad libetur.*

§. 21. Et ita recensui & declaravi potiores causas, quibus caute de fideicommisso illustri disponi potest. In genere autem adhuc circa illos annoto nihil hisce in casibus consultius esse, quam si decretum solenne magistratus cum exacta causae cognitione interveniat. Quamvis enim omnis hæc dispositio etiam sine tali decreto & causa cognitione subsistat, modo causæ necessitas sufficiens alienationem urserit, quia tamen illa ipsa postea in dubium vocari potest, præsttim fideicommissariis prætendentibus, alia adhuc extitisse bona, ex quib, vel æs alienum exsolvi vel alimenta aut dos præstari potuisse, eveniet, ut onus probandi, alia scil. præter hæc bona non extitisse, devolvatur in alienantem, vel potius præsentem possessorum, a quo revocantur, Cravetta consl. 77. n. 4. Besold cons. 133. n. 60. Peguerra decis. 116. n. 3. Hoc vero gravi onere liberabitur, & onus probandi devolvet in impugnantem alienationem bonorum fideicommissariorum, si prævia judiciali causæ cognitione alienatio suscepta fuerit. Cum enim projudice ejusque gestis præsumatur, Menoch. l. 2. præf. 67. Berl. p. 2. decis. 212. n. 46. Cravetta consl. 188. n. 8. vol. 1. Prukman. cons. 79. n. 55. Meischner. decis. Cam. T. 3. p. 7. n. 89. certe quoque præsumtio militabit pro justa causa alienationis Carpz. p. 3. c. 8. def. 30. n. 4. Knipschild. de fideic. famil. c. 11. n. 493.

*De fidei ente familiæ va- lide de boni hisce*

§. 22. Denique non necessum duco addere illum casum, quod videlicet libere disponi de fideicommissariis bonis posfit, ubi familia illustris, in cuius favorem & conservationem constitutum, interierit: Nam tunc etiam bona illam qualitatem amittunt, adeoque in-

**DE DISPOSITIONE, CIRCA FIDEICOM. ILLUST.** 69

in sortem vulgarium bonorum recidunt. Ultimo i-<sup>dissponi</sup>  
taque possessori in familia quadam illustri plenum de <sup>poteſt</sup>  
hifce bonis supererit arbitrium. vid. Knipschild *cit. tr.*

*c. 16. n. 17. seqq.* Quod etiam tunc admittendum cen-  
ſeo, si fideicommissum fuerit constitutum, so lang der  
Mānl. Stamm wāhren wird. Extinctis enim ma-  
sculis, ubi semel fideicommissum ad foeminas perve-  
nit, in liberam suam resolvitur naturam. Cacheran.  
*decif. Pedem. 23. n. 51. Gail. 2. obs. 148. num. 5. Mynf. Rep. 97. num. 10.*

*RBN* §. 23. Atque hæc pauca de tam diffusa & ele-  
ganti materia quasi in compendio retulisse, & pro viri-  
bus ingenii & studiorum explicuisse sufficient. Sicut  
autem regulas prudentiæ cum regulis iustitiae ubique  
fere conjunxi, & hæc duo jurisprudentiæ summa, ut i-  
taloquar, capita tantum excutere volui; ita a B. L. fa-  
cile veniam impetrabo, si plurimas controversias a-  
liasque plures infinitas subtilitates, de quibus Autores  
in præfatione laudati consuli possunt, intactas relique-  
rim, consultius judicans, ejusmodi regulas sequi, qui-  
bus lites eo facilius evitari possunt, quam si litium ma-  
teriam per novas contentiones augeam. Deo vero

soli sit gloria, faxitque, ut non tantum prudenter &  
iuste actiones nostras instituamus, sed imprimis

*pie*, ut ita in prudentia & iustitia pie-  
tas dominetur.

*Concluſio*

**CO-**

## COROLLARIA.

I.

**N**on tantum personæ Levit XVIII. expressæ jure divino morali matrimonium inire prohibentur, sed etiam illæ, quæ non expressæ, paritas tamen gradus adest.

II.

Testamentum Principis Imperii sine solennitate juris subsistere posse, nulla solida juris ratione defendi, nec exemplum idoneum pro hac sententia probanda adduci potest.

III.

Mera subtilitas juris Romani est, contractum metu initum subsistere, rescindendum tamen esse, cum secundum jus N. contractus metu initus sit ipso jure nullus, quod idem in juramento per metum exacto verum puto.

IV.

Pariter nec juramentum dolo elicitem ullam obligandi vim habet, & hinc relaxatione non indiget.

V.

Ex eodem quoque fundamento nuptiæ, ad quas quis dolo inductus est, pro nullis reputandæ, nec deceptus in conscientia obligatus est ad illas servandas.

VI.

Per A. B. jus tutorem testamento dandi Electoribus ademtum esse probabilior sententia est, sed in præsenti statu Imperii aliud omnino dicendum.

VII.

33 (71) 33

VII.

Juramentum fidelitatis a Statibus Imperii præstandum, non imminuit superioritatem territorialem.

VIII.

Per nonum Electoratum Aurea Bulla non est mutata.

IX.

In testamento parentum inter liberos, ubi extra-nex personæ legatum relictum, non duo testes sufficiunt, sed quinque requiruntur

X.

Testamentum ad pias causas absque omnibus testibus subsistit, modo per sehedulam probari possit disponentis voluntas

XI.

Matrimonium ad morganaticam contractum est justum matrimonium



1470-1480

II

et iherat ergo et amicis eis invenit  
miseris quod in ducim non ambas.

III

de nec aliud sentit natum est. Et nunc

VI

enit de possedere inter ipsorum formam  
et misericordia non misericordia misericordia

et misericordia non misericordia misericordia  
ibidem quidem quod beatitudine gloriam misericordie

et misericordia non misericordia misericordia  
et misericordia non misericordia misericordia

Halle, Diss., 1707  
(57)

ULB Halle  
006 871 321


3



WZB







# DISPUTATIO JVRIDICA DE FIDEI COMMISSO- RUM ILLUSTRIUM CONSTITUTIONE ET DISPOSITIONE

*Quam*  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**FRIDER. WILHELMO**  
CORONÆ BORUSSICÆ ET ELECTORATUS BRAN-  
DENBURGICI HEREDE &c. &c.

IN REGIA FRIDERICIANA  
P R A E S I D E

**D N. SAMUELE STRYKIO JC<sup>to</sup>,**  
S. REG. MAJEST. BORUSS. CONSILIARIO INTIMO, PRO-  
FESSORE PRIMARIO ET FACULTATIS  
JURIDICÆ ORDINARIO

PATRONO SUO ET PROMOTORE DEVENERANDO

In auditorio Majori

D. Novembris M<sup>o</sup> DCCI.  
publicæ eruditorum disquisitioni submittit

A U T O R  
**JOANNES HENRICUS BEST.**  
Osteroda Cheruscus.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis JOHANNIS GRUNERI, Acad. Typogr.

